

Universitätsbibliothek Wuppertal

Symbolarvm Libri XVII. Qvibvs P. Virgilio Maronis Bvcolica, Georgica, Aeneis ex probatissimis auctoribus declarantur, comparantur, illustrantur

Vergilius Maro, Publius

Augustae Vindelicorum, MDIC

Liber III. Ad secundum Georgicorum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-322)



SYMBOLARVM
IN P. VIRGILIVM MA-
RONEM LIBER III.

Ad secundum Georgicorum.

SYNOPSIS.



Ollicetur Virgilius, se de re vineatica, de arborum, ac potissimum de oli-
uæ cultura conscripturum. Solum autem Bacchum inuocat, vt de vitibus
vbertim, imprimisq; disputaturum cognoscas. Arbores existere, ac pro-
creari partim naturâ, partim hominum ingenijs, artificio, & industria.
Naturâ trifariam. Sponte, idq; locis incultis planè, ac desertis, vt filer,
genista, populus, salix. Semine, quando nimirum grana, ac nuclei in ter-
ram decedentes comprehendunt, ex eaq; prorumpunt: quo pacto casta-
neæ, æsculi, quercus proueniunt. Radicum planta, siue è radicibus, vt ce-
rasi, ulmi, lauri. Artificio & sollertia colonorum, vt stolones, qui ab-
scissi de matribus, deponuntur sulcis, & rami, qui defracti, humo operiuntur. Eodem pertinent, quæ
propagine, transplantatione, insitione comparantur. Deinde poeta profitetur, non esse sibi decre-
tum, omnia de arboribus vsq; ad extremum persequi. Arbores sua sponte crescentes, steriles sunt,
& infœcundæ: quanquam crescendo multùm prodire solent. Si in mitius transferantur solum, sur-
culis quæ satiuorum inserantur, naturam illam feram & indomitam, atque adeo fructus expertem
exuere consueuerunt. Similiter facient, quæ à radicibus sese exerunt, si in apricis, apertisque locis
eas deposueris. Quæ è semine oriuntur, lenta habent incrementa, nec ipsæ modò, verùm etiam stir-
pes earundem degenerant, multoque labore corriguntur. Artificio sarum quedam felicius truncis,
quàm plantis conualescunt, vt oleæ: quedam felicius ramo, & talea, vt myrtus: plantis radicem,
auulsisq; stolonibus felicissimè coryli, fraxini, populi, quercus, palmae, abietes, &c. Sequitur expli-
catio gemina insitionis, quarum vna inoculatio, altera emplastratio dicitur. Porrò vnius quoq;
eiusdemq; generis arbores inter se differre certum est. Sunt dissimiles naturæ vlmorum, salicum, lo-
torum, cupressorum. Et olearū alia orchades, alia radij, alia pausia. Præterea satiuæ etiam, & hor-
tenses arbores sub eodem genere discrepant. Et in vitibus non conuenire prorsus, immò permultùm
interesse videas inter Lesbicas, & Italicas, &c. Cernimus insuper discrimina arborum quæ locis.
Nam in eadem regione visuntur, quæ gaudent locis aquosis, & palustribus: alia montosis letiores
sunt: alia frigidis, aut æstuosis, siue calidioribus tantùm veniunt. Immò verò quedam totis regio-
nibus secernuntur atque distant: siquidem non quæuis vbiq; generantur. Ergo ad flumina, &
torrentes volunt esse salices: vliginosa & palustria querunt alni: montes amant orni: myrti profi-
ciunt littoribus: vites collibus: frigidis, & ventosis taxi. Et in Arabia, aut Assyria tantummodo
quedam arbores inueniuntur. Malus Medica in Media, & Perside duntaxat, balsamum in
Iudæa.

Iudæa. Regiones exteræ suis quibusdam ornamentis & miraculis in re arborea commendantur illæ quidem, sed eas omnes Italia multiplici laude antecellit: in qua frugum ubertas magna, vina generosa, olearum copiosissimi prouentus, abundantia pecoris, summa cæli salubritas, multæ, & amplæ urbes, populus militaris, non pauci clarissimi viri, &c. Omnino præclara est ista Italiæ laudatio, & in exemplum trahenda, regionem aliquam laudare instituentibus. Docet secundum hæc, terrarum alias oliuetis, alias serendis vitibus, alias gramini, aut arationi sementiq; aut etiam hisce omnibus idoneas videri. Item quo pacto cuiusvis terræ qualitates, nempe raritatem, densitatem, saporem, pinguedinem, humorem, grauitatem, frigus, & calorem deprehendamus. Qui vineam meditatur instituere, obseruare debet de scrobibus antea fodiendis, de cæli regione, de tempore, de ordine, & alia nonnulla. Laudatur tempestas verna: de pastinatione, pedatione, pampinatione, sepibus, repastinatione, frondatione, ablaqueatione differitur. Ostenditur causa, cur Baccho hircus immoletur. Cæterarum arborum culturam non æquæ, vt vitis, laboriosam esse. Sequuntur felicitates vitæ rusticæ, qua digressione hic secundus liber, quemadmodum enumeratione prodigiorum Julij Cæsaris mortem antegredientium primus, concluditur. Plantarum porro, fructuumque nominahoc libro posita, vt omnia, & accuratè explanemus, nemo à nobis requirat vel ob hanc causam, quòd his nostris regionibus multa pars eorum ignota est. Non sunt item defuturi Nomenclatores, & de lingua Latina commentarij, qui nos hoc labore leuare possint, si consulantur.

EXPLANATIONES.



5

Hactenus aruorum cultus, & sidera cæli:
Nunc te Bacche canam, nec non syluestria tecum
Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ.
Huc pater ô Lenæe (tuis hîc omnia plena
Muneribus tibi pampineo grauidus autumnno
Floret ager: spumat plenis vindemia labris)
Huc pater ô Lenæe veni: nudataq; musto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis,

HACTENVS ARVO. CVLT. ET SID. CÆLI) Nonius videtur legisse per hypodiatstolen *Hactenus*. ait enim, licet Virgilius tenus vt præpositionem acceperit, & vt præpositionem variet, tamen maximè finem, terminumque designat Georg. 2. *Hac tenus aruorum cultus*, &c. Idem lib. II. *laterum tenus hispani*. Idem lib. 2. *capulo tenus enses*, &c. Transitio est, qua & superioris libri argumentum repetitur, & sequentis proponitur. Mirè autem, quod Seruius obseruauit, illum versum iterauit, *Quid faciat letas segetes, quo sidere terram Vertere.* SIDERA CÆLI) Tempora operi rusticano idonea, quæ siderum ortu, & occasu (à quibus & tempestatum sumuntur prognostica) definiri solent. Ita ab initio, *Quid faciat letas segetes, quo sidere terram Vertere.* NUNC TE BACCHE CANAM) Bacchi appellatione vites significat, & tria proponit explicanda: de vitibus; de arboribus syluestribus, ijs nimirum, quæ vitibus sunt vsui, sumministrando iis pedamenta, aut vincula, aut similem aliquam rei rusticæ operam præstando: denique de excelendis oleis. SYLVESTRIA TECVM VIRGULTA) Virgulta propria sunt arbusculæ: hîc per *ἄγλαυκος* synecdochen speciei pro genere, arbores omnes significantur. PROLEM TARDE CRESCEN. OLIVÆ. Naturâ tardè crescere omnia longo æuo durantia, Plinius auctor est lib. 17. cap. 12. vbi scribit, ad sua vsq; tempora du-

raffe in Linterno Africani prioris manu fatas oliuas: & (vt idem lib. 16. cap. 14. o.) ducentis annis durare inter arbores in confesso est. Quin paulò post. Athenis etiam olea durare creditur, in certamine edita à Minerua. Quod postremum tamen Cicero deridet i. legum. Nisi fortè Athenæ tuæ sempiternam in vrbe oleam tenere potuerunt. Varro lib. 1. Contra, palma, & cupressus, & olea in crescendo tardæ. Itaq; *δυσανθή* illam Theophrastus appellauit. Scribit adhuc Plinius lib. 15. cap. 1. Hesiodus negauit oleæ fatorem, fructum ex ea percepisse quenquam: at nunc altero anno percipitur. HVC PAT. OLENÆE) Bene admonuit Turneb. lib. 13. cap. 8. Pater, nomen diuinitatis plerumq; esse, vt hîc, & *Æneid. 8. Tuq; ô Tibri tuo, genitor, cum flumine sancto.* Nam de Deo Tiberino hoc dicit. Et 3. *Æneid. Da pater augurium*, eodem sensu accipio. Tametsi Macrobius exquisitius quiddam, reconditumque magis affert. Rursus lib. 8. *Es fortia corpora voluis Tibri pater.* Est & dignitatis, vt apud eundem.

*Cum pater in ripa gelidâ, sub atheris axe
Æneas tristi turbatus pectora bello. Et,
Tum pater Æneas puppi sic fatur ab alta.*

Sic & mater diuinitatis est, vt Luna mater, mater Matuta: & dignitatis, *casta ducebant sacra per urbem. Pilentis matres in mollibus.* Significari enim puto senatorias, nobiles,

Z

biles,

tis ripa nascentis ramo coronatus emerferit. Vnde in Bucol. *Populus Alcide gratissima*. Hæc verò ἀγρεῖς nuncupatur. Vtriusque meminit Theophrast. lib. 4. historiae plantarum. Berfman. GLAVCA CANENT. FROND. SAL.) Seruius super hoc *glauca canentia*, sanè cacophonon, *glauca canentia*. Idem in 2. Æneid. ibi. *Panduntur porta, iuuat ire, & Dorica castra*. Mala est compositio, ab ea syllaba incipere, qua superior finitus est sermo. Nam plerumq; & cacophonon facit, vt hoc loco. Sed & Quintilianus videndum præcipit, ne syllaba verbi prioris vltima, sit prima sequentis. Sed enim non possum ego non vehementer mirari, Fabi, tuq; in primis Serui, vsq; ad eò in interpretanda Virgiliana virtute, ac diligentia versate, concursum earundem syllabarum, genus quoddam complosionis Maronianæ musæ, auribus iucundissimum, vestras aures ita ingrâte ferire, vt hanc malam esse compositionem dixeritis, qua toties non insuauiter poeta lectoris blanditur auribus, atque ipso earundem syllabarum concursu, quæ tuas præcipue, bone Serui, lædebat aures. Atque vt concursus ipse vocalium delectat, propter complosionem earundem litterarum: ita etiam, ac fortassis non multò minus earundem syllabarum, cum ipsa complosione magna fiat vocalitati accessio: per quam metrum heroicum, hoc est, generosum, maxima cum venustate asurgit atque decoro. Cuius rei fidem faciunt insequentibus versus, *Fama malum, Stupea flamma manu, Date tela, Ruit Oceano nox, Hinc a stirpe pedes*, & alij innumeri, quos indicat in prolegom. suis Virgilianis Erythræus. POSITO DE SEMINE) De seminibus passim iacentibus, vt cum de exceptis à terra glandibus arbusculæ reuirescunt: est enim in semine vis quædam foetificans, propter calorem, & humorem. Plinius lib. 17. cap. 10. Ac pleraque ex his natura ipsa docuit, & in primis semen ferere, cum decidens, exceptumque terra viuisceret. Sed quædam non aliter proueniunt, vt castanæ, iuglandes, cædus duntaxat exceptis. NEMOR. IOVI QUÆ FROND. ÆSCVL. Nemorum, id est, arborum, ex toto indicatur pars. Nemus enim arboribus confitus locus. Sic 3. Æneid. *viridemq; ab humo conuelle-*

347
Are syluam. Conatus ramis tegetem, vt frondentibus aras. Æsculus ex numero arborum glandiferarum est, Ioui sacra, ideo Ioui frondere dicitur à poeta. HABITÆ GRAIS ORACVLA) In Dodonæo nemore videlicet, in parte Epiri Chaonia, vbi quercus Ioui sacra, quod homines ab esu carniū humanarum absterritos, ad victum è glandibus petendum conuertisset. Ibi columbæ duæ dicebantur dare responsa. Iacob. Pont. PVLVL. AB RADICE) Primùm naturâ veniunt arbores, etiam sine vlllo semine: deinde à semine decedente, aut fortuito iacente: postremò ab radice arborum vetularum succrescunt, qui stolones dicuntur, & sunt tanquam pulli arborum, seu proles quædam, nec ad debitam arboris magnitudinem atolluntur. Atque isti tres sunt modi, quibus naturaliter arbores veniunt: hominum diligentia alios modos fabricata est. VT CERASIS) Octo genera ceraforum ponit Plin. lib. 15. cap. 25. Cerasi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia, ad annum vrbis DCLXXX. Is primùm vexit è Ponto, annisq; CXX. trans Oceanum in Britanniam vsque peruenere. Eadem vt diximus, in Ægypto nulla cura potuere gigni. PARNASSIA LAVRVS) Laurus est sacra Apollini: eidem dicatus mons Parnassus. Ergo Parnassia laurus est, quasi Apollinea laurus. Quanquam solent vocibus addi epitheta sæpe à locis, vbi res illæ vel optimè, vel plurimùm nascuntur. Ego priori de causa laurum Parnassiam puto dictam. Iacob. Pont. SVB ING. MAT. SE SVB. VMB.) Eclo. 10. *Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus.* Tale quid etiam apud Pindarum, Nem. Ode 8. ἀλλ' ἔτι δὲ ἀρετὰ χλωεῖς ἐέσθαι, ὡς ὅτε δένδρον αἰσσοῖ. Ex quo loco videtur manasse illud Horatij Ode 12. lib. 1. *Crescit occulto velut arbor ano Fama Marcelli.* FRUTICVM QVE) Frutex Theophrasto dicitur id, quod ab radice, caudice multiplici, ramosumque se attollit, vt rubus, paliurus. Fruticosæ plantæ, quæ sua natura nunquam in arborem atolluntur, aut arborescunt: sed statim ab ipsa radice sese in ramos diffundunt, & brachia attollunt, qualis est corylus, rhamnus. Carol. Steph. in Seminario. Ibidem quid suffrutices, & fruticare.

Sunt alij, quos ipse via sibi repperit vsus.

Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum

Deposuit sulcis: hic stirpes obruit aruo,

25 Quadrifidasq; fudes, & acuto robore vallos.

Sylvarumq; aliæ pressos propaginis arcus

Expectant, & viua sua plantaria terra.

Nil radice egent aliæ: summumq; putator

Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.

30 Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)

Truditur è sicco radix oleagina ligno.

Et sæpe alterius ramos impunè videmus

Vertere in alterius: mutatamq; insita mala

Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna,

35 Quare agite ô proprios generatim discite cultus

Agricolæ, fructusq; feros mollite colendo.

Neu segnes iaceant terræ, iuuat Ismara Baccho

Conferere: atque olea magnum vestire Taburnum.

SVNT ALII QVOS IPSE VSVS) Nunc de artificiosis arborum procreationibus. Primus modus est, cū refectæ ab arborum ramis plantæ, siue stolones auulsi in fossis, siue scrobibus deponuntur, & plantantur. Secun-

348
 dus modis, cum stirpes, id est, trunci cum radicibus defodiuntur: quomodo & fudes fissæ, & valli exacuti germinant. Alia arborum, propagine procreantur, qui tertius modus est, cum rami instar arcus incuruati in terram demittuntur, humoque obruti, rursus emergunt, & arbores euadunt. Quartus modus est, cum transferuntur plantaria. M. Cato libr. de re rustica, Oleas, inquit, vltimos, ficos, poma, vites, pinos, cupressos cum seres, bene cum radicibus eximito cum terra sua quam plurima, circumligato vti ferre possis. Plantaria vocantur hic, quæ aliàs quoque viuiradices. Vide quæ dicuntur hoc eodem libro, ad versum: *Mutata ignorent subito ne semina matrem.* Quinto à frondatore, putatore, qui & arborator, B [Arborator antiquis, et Sinitor, qui arborum colendarum, conseruendarumque curam gerit. Columella libr. 11. cap. 1. Nam arator reperitur aliquis bonus, & optimus fossor, aut fensessor, nec minus arborator, aut Sinitor.] surculi amputantur, & terræ mandantur, qui sine radice nascuntur. Putare veteres dixerunt, vacantia ex quaque re, ac non necessaria, aut etiam obstantia, & aliena auferre, & excidere, & quod esset vtile, ac sine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores, & vites, sic etiam rationes dictæ putari. Gellius libr. 6. cap. 5. Disputatio, & computatio, inquit Varro libr. 5. de lingua latina, à putando, quod valet purum facere. Ideo ratio putari dicitur, in qua summa fit pura. Sic is sermo, in quo pura disponuntur verba, ne sit confusus, atque ut diluceat, dicitur disputatio. Sexto procreantur arbores per insitionem, è sicco ligno, inquit, non quidem profus arido, quid enim inde germinaret? sed ab humore vacuo, quod radice careat, quæ succum humo attrahit. Proponit deinde exempla insitionis, qua vicissim arborum natura permutata, pyrus mala, & prunus corna ferre assuevit. Columella omnem surculum omni arbori inseri posse tradit, si non est ei, cui inseritur, cortice dissimilis. At dignum memoria est, quod Plinius se vidisse testatur de insita arbore iuxta Tiburtes tilia, omni genere pomorum onusta, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, pyris, punicis, malorumque generibus. Varro autem, quartum, inquit, genus seminis, quod transit ex arbore in aliam. De quo videndum ait, qua ex arbore in aliam transferatur, & quo tempore, & quemadmodum obligetur. * Ergo sex modi artificiosi producendarum arborum in antiquis sunt, plantatio, stirpium defossio, propagatio, plantariorum translatio, surculorum satio, insitio. CAUDICIBVS SECTIS) Caudex etiam codex veteribus. Quid propriè sit caudex, quid truncus, & omnino de partibus arboris, consulas licet Prædium rustic. Caroli Steph. in Seminario. MUTATAMQUE INSITA MALA. F. PYR.) Propert. lib. 4. eleg. 2.

*Insitor hic soluit pomosa vota corona,
 Cum pyrus inuito stipite mala tulit.*

- Tuq; ades, incæptumq; vnà decurre laborem,
 40 O DECVS, Ô FAMÆ MERITO PARS MAXIMA NOSTRÆ,
 Mæcenas, pelagoq; uolans da vela patenti.
 Non ego cuncta meis amplecti versibus opto:
 NON, MIHI SI LINGVÆ CENTVM SINT, ORAQVE CENTVM,
 FERREA VOX. ades, & primilege littoris oram.
 45 In manibus terræ: non hic te carmine ficto,
 Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.

Quid. de med. faciei.

*Venerit insitio, sacrum ramus adoptet:
 Stetq; peregrinis arbor opaca comis.
 Cultus & inprimis succos emendat, acerbos,
 Fissaq; adoptiuas accipit arbor opes.*

Calpurn. eclog. 2.

*Ars mea nunc malo pyra temperat, & modo cogit
 Insita pracoquibus subrepere persica prunis.*

Adde his Manil. *Atque arbusta vagis essent, quod adultera pomis.* QUARE AGITE O PROPRIOS GENERATIM) Conclusio est propositæ hætenus partitionis naturæ, & artis, cum cohortatione ad agricolas. Sententia hæc est. Itaque studiosus ac sedulus agricola diligenter elaborabit, & in singulis arborum generibus diligentem inibit culturæ cuique congruentis rationem, studebitque fructus syluestres opera sua & industria mitiores reddere, atque loca sterilia vineris, & oliuetis frequentare. AGITE) Græci ἀγείτε. Notandum tamen, age, cohortantis vocem etiam Latinos ad plures vsurpare, vt ἀγείτε Græcos. Hom. ἀλλ' ἀγεί μοι δότι νηῆ. & Odyss. θ. ἀλλ' ἀγεί φαίηνων βητάρμονες. Admonet quoque Eustathius, ἀγείτε pro ἀγεί etiam poni. German. DISCITE CVLTVS) Huc faciunt illa Lucretij lib. 1. quoniam, incultis præstare videmus Culta loca, & manibus meliores reddere factus. Idem lib. 5. fructusq; feros mansuescere terra Cernebant indulgendo, blandeq; colendo. FRVCTVSQVE FEROS MOLLITE COLENDO) Fructus syluestres, atque humanis vsibus non satis idoneos, reddite vrbano, & quasi domesticos: siue, efficit vt cultu mansuescant, quod Græcis est ἡμερῶν, & ἐξημερῶν. Theophrast. 2. de causis plant. καὶ γὰρ ἀπλοῦς ἡ γεωργία, μεδίτησιν ἐξημερῶσα τὰ δένδρα, καὶ τὸς καρπὸς. BERSM. NEV SEGNES IAC.) ἀεργοί, sine cultura, infœcundæ, inertes, pigræ. ISMARA BACCH. CONSER.) Ismarus, & numero multitudinis Ismara, mons Thraciæ, vini ferax. Synecdoche est, pro montibus ad vites ferendas idoneis: sicut Taburnus mons est Campaniæ oleis aptus. VESTIRE TABVRNV) Vestire, inquit Seruius, implere significat. Claudian. de raptu Proserp. lib. 3. *Itur in aeterno vestritos gramine campos.* Iuuenal. Satyr. 11. *Legitimè fixis vestitur tota tabellis.* Cato simpliciter dixit, vestire, nullo vitium, aut arborum adiuncto, vt orationis breuitati consuleret, quam illis responsonibus vsurpare voluisse constat. Nam cum ab eo quæreretur, quid maximè in re familiari expediret, respondit, bene pascere. Quid secundum? satis bene pascere. Quid tertium? bene vestire. Quid quartum? arare. Titius lib. 7. cap. 10. Lucretius, seu Lactantius Grammaticus interpret Statij, in 5. Thebaid. ex Sallustio citat hæc verba, Vestitus oleastro, ac myrtetis, aliisque generibus arborum.

TVQVE ADES, INCÆPTVM Q.) Post Bacchi numen Mæcenatem inuocat, sicut superiore libro inter alia numina etiam Augustum. Est autem oratio figurata, translatione sumpta à nautis, atque amplificata argumentis, ad persuadendum id quod petitur maximè appositis, cum propter mentionem meritorum illius, & subiectionem facilitatis, atque commoditatis rei ipsius: tum pollicitatione suæ in explicando argumento hoc breuitatis, atque industria. Berfman. O D E C V S) Sic Horat. Ode 1. lib. 1.

*Macenas at anis edite regibus,
O & presidium, & dulce decus meum.*
Idem Ode 17. lib. 2.

*Nec diis amicum est, nec mihi, te prius
Obire Mæcenas mearum
Grande decus, columenq; rerum.*
Propert. lib. 2. eleg. 1.

*Macenas nostra pars inuidiosa iuuenta,
Et vita, & morti gloria iusta mea.*

FAMÆ PARS MAXIMA NOSTRÆ) in quem meritò meorum operum gloria redundat. Captatio beneuolentiæ, à significatione sui officij. Berfman. P E L A G O D A V E L A P A T E N T I) Velorum mentione fauorem videtur innuere, secundantem instituti operis cursum: pelagi autem notione materiam, seu campum huius carminis satis amplum. Propert. ad eundem modum.

*Quid me scribendi tam vastum mittis in aquor?
Non sunt apta mea grandia vela rati.*

Idem. N O N E G O C V N C T A M E I S) Locus attentio-

Anis, ab amplitudine huius argumenti, cuius tanquam *ἄπλοῦν* his verbis pollicetur, quòd sui ptopositi non sit persequi singula: propter rerum non tam humilitatem, quàm copiam, & difficultatem. Notat compendium à Marone obseruatum Plinius proæmio lib. 14. his verbis. Quanquam videmus Virgilium præcellentissimum vatem ea de causa hortorum dotes fugisse, è tantisque quæ retulit, flores modò rerum decerpisse, beatum felicemque gratiæ, quindecim omnino generibus vuarum nominatis, tribus oleæ, totidem pyrorum, malo verò tantum Assyrio, cæteris omnibus neglectis. Berfman. N O N O P T O, N O N) Ante *mibi si centum*, collocanda virgula, vt sit geminata negatio, B qua magni scriptores & continuatè, & quibusdam verbis interpositis venustè vtuntur. Catull. ad Caluum. *non, non hoc tibi false sic abibit.* Propertius. *Non, non humani partus sunt talia dona.* Cicero ad Attic. lib. 10. Non sunt ab obsequio nostro, non: habent suas radices. Muret. in Catullum. * *Eandem speciem habet, quod est in 9. Æneid. Sibi Nisus sic ad Euryalum.* Equidem de te nil tale verebar, Nec fas, non ita me, &c. M I H I S I L I N G V Æ C E N T V M) Ouid. 8. Metamorph. Maronem, vt ille Homerum, æmulatus, vt apparet.

*Non mihi si centum deus ora sonantia linguis,
Ingeniumq; capax, totumq; Heliconæ dedisset,
Tristia persequeretur miserarum vota sororum.*

Ita Virgilius alibi, & alij poetæ tum Græci tum Latini τὸ ἀδύνατον exprimere morem habent. Iacob. Pontan.

- Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras,
Infœcunda quidem, sed læta, & fortia surgunt.
Quippe solo natura subest. tamen hæc quoque si quis
50 Inferat, aut scrobibus mandet mutata subactis,
Exuerint syluestrem animum, cultuque frequenti
In quascunque voces artes, haud tarda sequentur.
Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros:
55 Nunc altæ frondes, & rami matris opacant:
Crescentiq; adimunt fœtus, vruntq; ferentem.
Iam, quæ feminibus iactis se sustulit arbos,
Tarda uenit, seris factura nepotibus vmbra:
Pomaq; degenerant succos oblita priores,
60 Et turpes auibus prædam fert vna racemos.

SCILICET OMNIBVS EST LABOR IMPENDENDVS: & omnes
Cogendæ in sulcum, ac multa mercede domandæ.

SPONTE SVA QUÆ SE) Repetit omnes naturæ species [tres scilicet: sponte nascentium: ab radice pullulantium (quod genus supra tertio loco posuit) semine prodeuntium] & earum agrestes vires ex adiunctis exponit: & docet cultu mitigari posse. Naturales autem arbores materiis magis sunt aptæ: mites, fructibus magis idoneæ, ait Columella lib. de arboribus. Et Plinius lib. 16. cap. 19. At arborum aliæ syluestres omnino sunt, vrbaniore alia: quas iis placet nominibus distinguere. Ergo mites, quæ fructu, aut aliqua dote, vmbrae officio humani iuuant, non improbè dicantur vrbanae. Sic Plinius idem lib. 13. cap. 4. Sterilibus palmis ad materiam, operaque lautiora vtitur Assyria, & tota Persis.

Similis porrò versus est Lucretij lib. 5. Sponte sua nequeunt liquidas existere in auras. Sed pro auras fortasse legendum oras, vt sensus sit, in luminis oras, id est, in lucem, in regionem luminis. Vsitatum genus loquendi Lucret. Lib. 1. *Nec sine te quicquam dias in luminis oras Exoritur.* Rursum.

*Dum tempestates adsunt, & viuida tellus
Turiores teneras effert in luminis oras.*

Ibidem. indignos esse putandos *Viuam* progeniem qui in oras luminis edant. Lib. 5. *cum primum in luminis oras Nexibus ex aluo matris natura profudit.* Et sæpe aliàs. Hoc imitatus est Virgilius etiam lib. 7. Æneid. *sub luminis*

nis edidit oras. Sed videtur vterque ab Ennio sumpsisse, sic enim ille. At se sum qua dederat in luminis oras. Sum autem apud Ennium valet eum, seu ipsum. Idem.

----- o Romule, Romule, dic o
Qualem te patria custodem dij genuerunt?
Tu produxisti nos intra luminis oras.

Arnob. Lucretij verborum amator, lib. 1. antequam Tages Thufcus oras contingeret luminis, &c. Ex Lamb. in Lucret. QUIPPE SOLO NAT. Cur stirpes syluestres lætæ fortisque proueniant, causam reddens Maro, sic canit: Quippe solo natura sebest. Quæ verba quam vim habeant, vt oraculorum ambages, quæri solet. Sed ego (vt soleo) prætermisissis aliorum sententiis, quid sentiam, eloquar. Existimo igitur, hic solum radicem esse, cuius in syluestribus viuida, & animosa est natura, ad eliciendum è terra succum, & concoquendum, toti q; plantæ dispensandum: radicem autem hic solum dici puto, vt plantam & pedem arboris. Nam apud Lucret. lib. 4. Ania Pieridum per agro loca nullius ante Trita solo, valet, nullius pede calcata. Turneb. lib. 2. cap. 12.

Ego quamuis Turnebi auctoritati semper assentiri soleam, tamè retineor hic non solum loco illo apud Æsopum, quo sponte nascetium plantarum terram matrem, arte autem, & cultura nouercam vocat, hinc fieri dicens, vt materna cura syluestres maiori vbertate luxuriarent: sed & Plutarchi pondere, qui libello, περὶ δυσωπίας hanc ipsam vim facultatemq; terræ tribuere videtur, his verbis, huic loco planè assentientibus. ἐν τῷ ἐκ τῆς γῆς φουμένον, αὐτὰ μὲν ὄντι ἀγρία τῆ φύσει, καὶ ἀκαρπία, καὶ βλαβερά, τοῖς ἡμέτεροις σπέρμασι, καὶ φυτοῖς ἀξίον ἐχόντα, σπέρμα δ' αὐτὰ ποιοῦνται χόρας οἱ γεωργῶντες ἢ ποινοῦντες, ἀλλὰ γενναίας, καὶ πικρῆς δὴ καὶ πικρῆς ψυχῆς ὄντι ἢ γρησά, &c. German. HÆC QUOQ; SI QVIS IN SE.) Si quis frugiferarum arborum furculos iis inferat. MUTATA de loco suo translata in alium. SCROBIBVS SVBACTIS) ritè effossis, ac preparatis. EXVERINT SYLVEST. ANIMVM) naturalem deponent asperitatem, & infœcunditatem, & assiduitate culturæ in quascunq; rationes fœcunditatis, quæ arti debentur, se obsequentes præbebunt. Berfinan. NEC NON ET STERILIS QUÆ ST.) De altero genere, quæ scilicet ab radice pullulant, idem affirmat, fore videlicet frugifetas, si in apertos, & soli atque imbribus expositos campos digerantur. Quippe matrû umbra soboles enecatur, & turba pullorum indigesta premitur, & crescentium fœtus, quem scilicet ferre potuissent, umbra prohibetur. RAMI MATRIS) Rami dicuntur in arboribus, dum iis adhærent tanquam filij in matrum corporibus. Postquam defecti sunt, vocantur

Aramalia. Ouid. 8. Metamorph. Multifidamq; faces, ramaliq; arida tecto. Ramus autem cum fructu decerptus, dicitur termes. Carol. Steph. in Prædio. IAM QUÆ SEMINIB.) De tertio genere. Semina arborum in aliis alia sunt. Quibusdam enim pro semine nucleus est, quibusdam bacca, aliquibus acini: in nonnullis semina sunt discreta, in nonnullis congesta: in his lignea, in illis carnosa reperiuntur. Hoc autem in præsentia traditur, arbores, quæ ex feminibus producuntur, parum esse vsui, vel quia tardè proueniunt, vel quia plerumq; degenerant, & non nisi auibis diripiendos fructus proferunt. Denique omnibus istis tribus generibus plurima cultura adhibeatur, & in scrobem cogantur, vt frugifera fiant. Berfinan. SERIS NEPOTIBVS) Malo non discedere à familiari, & vulgari interpretatione, & ἐκ γόνυ respicere, quàm, vt quidam, satis anxia diligentia, nepotes hic pro propagine, palmitibus, & viuiradicibus accipere, ductus auctoritate Propertij, qui & seros nepotes posteros vocauit, lib. 3. Meque inter seros laudabit Roma nepotes. German.

Video cæteros interpretes, quos ego quidem legerim, ita hunc locum explicare, vt vocem nepotibus ad versus illum, carpent. tua poma nepotes, referendam putent: qui mihi non satis Virgiliani carminis sensum videntur assecuti. Dixit enim poeticè Virgilius nepotes, quos Theophrastus ἐκ γόνυ δασύδας, & ἰσίδυς, Cato autem pullos dixerunt: quomodo alibi etiam videtur locutus, cum cecinit, etiam Parnassia laurus Parna sub ingenti matris se subijcit umbra. Rursum. Hic plantas tenero abscondens de corpore matrum. Adhuc. Nunc alta frondes, & rami matris opacant. Mecum facit perantiquus liber meus, qui verbum illud nepotibus, exponit, radicibus: vt ex eo versu sensus hic eliciatur: fatas semine arbores, nõ modò ipsas tardas venire, verum etiam ab ea arbore abs terra pulli qui nascuntur, serò crescere. Hanc ego huius loci veram sententiam puto. Vrsin. POMA QUÆ DEGEN.) Pomi nomine capitur fructus omnis arborum, qui quidem aptus sit ad esum, siue mollis, siue durus fuerit. Itaq; & nux Plinio, & pinea nux Martiali pomum est. Glandes idem Plin. lib. 15. cap. 24. inter poma numerandas negat. Poma à potu dicta, auctor est Varro de re rust. lib. 1. cap. 31. In poma, quæ insita erunt, siccitatibus aquam addi quotidie. A quo, quòd indigent potu, poma dicta esse possunt. Iacob. Pont. TYRPE FERT VVA RACEM.) Vva hic pro vite viderur posita: nisi velimus per racemos intelligere acinos. Propriè racemus est botrus: vva, non solum vitis fructus, sed etiam hederæ, aliarumq; herbarum, aut fruticum, vuas quasdam producetium. Inde racemosus, racematus, racematio. Vide Carol. Steph. Vinetum.

Sed truncis oleæ melius, propagine vites Respondent, solido Paphiæ de robore myrtus.

- 65 Plantis & duræ coryli nascuntur, & ingens Fraxinus, Herculeæq; arbos umbrosa coronæ, Chaonijq; patris glandes: etiam ardua palma Nascitur, & casus abies visura marinos. Inferitur verò ex fœtu nucis arbutus horrida:
- 70 Et steriles platani malos gessere valentes, Castaneæ fagos: ornuq; incanuit albo Flore pyri: glandemq; fues fregere sub vlmis. Nec modus inferere, atq; oculos imponere simplex.

Nam

SED TRUNCIS
nus arborum quæ
nisi fieri verius
caudicibus, seu
est secundus mo
tes) Aliz, vt vite
creationis mod
Vitis à vino, id
mia, aut vitid
DE ROB. MYR
Surculus igit
genus quere
phia est Ven
mina adept
diu essent c
neid. Ven
tarch in M
tus Veneris
abhorret. I
RVL) Qu
nascuntur co
tes. Libri
rz, seu moll
tes nodis, &
illos venit
tum appell
dè dura, v
4. eduram
ram. Et in
vidit, Ser
FRAXIN
lib. 16. cap
res natura
hæc ac tere
præconio, &
plurima vil
sacra dixim
eadem eius s
CHAONII Q
vocat Iouem
quercus sacra
nato vmbra
minibus demo

- Nam quæ se medio trudent de corticæ gemmæ,
 75 Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
 Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen
 Includunt, udoq; docent in olescere libro.
 Aut rursus enodes trunci refecantur, & altè
 Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces
 80 Plantæ immittuntur: nec longum tempus, & ingens
 Exijt ad cælum ramis felicibus arbor,
 Miraturq; nouas frondes, & non sua poma.

SED TRUNCIS OLEÆ MELIUS) Ad alterum genus arborum quod attinet, quas arte & humanis ingenijs fieri verius, quàm nasci ostendimus, earum aliq; melius caudicibus, seu stirpibus, quam refectæ proueniunt, qui est secundus modus de sex supra explicatis. PROPAG. VITES) Aliæ, ut vites, propagatione, qui est artificiosæ procreationis modus tertius. Vineta ac vineæ à vite multa. Vitis à vino, idq; à vi. Hinc vindemia, quod est vindemia, aut vitisdemia. Varro lib. 4. de ling. lat. SOLIDO DE ROB. MYRT.) Aliæ infitione, qui est modus sextus. Surculus igitur myrti, insitus robori enascitur. Robur genus quercus durissimæ. PAPHIÆ MYRTVS) Paphia est Venus. Diodorus lib. 5. cap. 15. Deos deasq; nomina adeptos esse docet à locis, in quibus libenter & diu essent commorati. Paphus Cypri vrbs, de qua. 1. Æneid. Veneri quam obrem dicata myrtus, indicat Plutarch. in Marcello. Pacis, inquit, insigne tibia est, & myrtus Veneris planta, quæ à vi & bello præter cæteros deos abhorret. Iacob. Pontan. PLANTIS ET DVRE CORYL) Qui quartus modus est, plantis radicem optimè nascuntur coryli, fraxini, populi, quercus, palmæ abietes. Libri quidam habent *edura coryli*, id est, non duræ, seu molles, sicut alibi enodes trunci dicuntur, carentes nodis, & Catullus egelidos tepores dixit moderatos illos verni temporis calores, sicut Ouid. egelidum Notum appellauit tepidum. Quidam interpretantur valde duræ, ut præpositio habeat vim incrementi, sicut in 4. eduramque pyrum idem dixisse existimatur, valde duram. Et in 8. Æneid. *Ut procul egelido secretum flumine vidit*, Seruius egelidum exposuit valde gelidum: INGENS FRAXINVS) De fraxino, eiusque generibus differit Pli. lib. 16. cap. 13. Materiam enim caussa, inquit, reliquas arbores natura genuit, copiosissimamque fraxinum. Procera hæc, ac teres, pennata & ipsa folio, multumque Homeri præconio, & Achillis hasta nobilitata. Materies est ad plurima utilis, &c. HERCVLARB.) De populo Herculi sacra diximus lib. 1. Eclog. 7. *Populus Alcide gratissima*. eadem eius sacerdotes coronabantur, ut est 8. Æneid. CHAONIQ. PAT. GLANDES) Chaonium patrem vocat Iouem, id est, Epiroticum, seu Dodonæum. Ideo quercus sacra fuit Ioui, vel quod in Arcadia ei infanti nato umbram præbuit: vel quod ille esum glandium hominibus demonstrarit, cum sub Saturno carnibus hu-

Amanis vescerentur. Diximus supra quoque, ibi, *habita Graiis oracula quercus*. CASVS AB. VIS. MAR.) Abies apta est nauibus & mari, in quo multi casus, tempestates scilicet, & naufragia. INSER. VERO EX FOETV) Enumerat arbores, quæ infitione iuuantur, qui erat modus vltimus. ARBVTVS HORR.) De hac arbore, & eius fructu dictum Eclog. 3. *depulsis arbutus hædis numer. 79*. ET STERILES PLATAN.) cælibem vocauit platanum Horat. Ode 15. lib. 2. non enim ad vites sustentandas adhibetur, ut vlmus, sed ad umbram maximè comparandam, de quo aliàs dicemus. CASTANÆ FAGOS) Quid? Castanæ inseritur fagus: legendum profectò, *Castaneas fagus*. Fagus enim pluraliter, ut apud Catullum ex veteri scriptura *myrtus*, illo carmine: *Quales Eurota progignunt flumina myrtus*, ut apud Virgil. in Culice, *Aëria platanus* Scalig. F. in Catull. GLANDEM SVES FREGERE) Varro de re rust. lib. 2. cap. 4. Hoc pecus alitur maximè glæde, deinde faba, & ordeo, & cætero frumento. Quæ res non modò pinguitudinem efficiunt, sed etiam carnis iucundum saporem. NEC MODVS INSERERE) Tria genera infitionum antiqui tradiderunt. Vnum, quo refectæ, & fissæ arbor refectos surculos accipit. Alterum, quo refectæ inter librum, & materiam semina admittit, quæ vtraque genera verni temporis sunt. Tertium, quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolæ emplatrationem, vel, ut quidam, inoculationem. Columella lib. 5. cap. 11. quod totum est de infitione, de qua videbis, si voles, & Pli. lib. 17. cap. 14. Pallad. lib. 3. tit. 17. Inoculatio Græcis ἐνοφθαλμισμός, & verbum ἐνοφθαλμίζειν. RAMIS FÆLICIBVS) Horat. Ode 2. Epod,

*Inutilesq; falce ramos amputans,
 Feliciores inserit.*

MIRATUR QVE NOVAS FRONDES, ET NON SVA POMA) Effectus est ex hoc versu ille Calpurnianus eclog. 2.

*Non minus arte mea mutabilis induit arbor
 Ignotas frondes, & non gentilia poma.*

Cæterum ut Calpurnius dixit non gentilia, seu (ut in quibusdam legitur) non genitalia poma, ita Columella, *aliena stirpe grauata Mitis adoptatis curuescit frugibus arbor*, eleganter sanè.

- Præterea genus haud vnum nec fortibus vlmis,
 Nec falici, lotoq;, nec Idæis cyparissis.
 85 Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ,
 Orchades, & radij, & amara pausia bacca,
 Pomaq;, & Alcinoi syluæ: nec surculus idem
 Crustumijs, Syrijsq; pyris, grauibusq; volemis.

NON EADEM ARBORIBVS PENDET VINDEMIAM NOSTRIS,
 Quam

- 90 Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ:
Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ.
Et passo Pfythia vtilior, tenuisq; Lageos,
Tentatura pedes olim, vincturaq; linguam,
95 Purpureæ, Preciæq; & quo te carmine dicam
Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis.
Sunt & Amineæ vites firmissima vina:
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus:
Argitisque minor: cui non certauerit vlla,
100 Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te, mensis & dijs accepta secundis,
Transferim Rhodia, & tumidis Bumaste racemis.
Sed neque quàm multæ species, nec nomina quæ sint,
Est numerus. neq; enim numero comprehendere refert.
105 Quem qui scire velit, LIBYCI VELIT ÆQVORIS IDEM
DISCERE QVAM MVLTÆ ZEPHYRO TVRBENTVR ARENÆ:
Aut, vbi nauigijs violentior incidit Eurus,
Nosse quot Ionij veniant ad littora fluctus.

Agit de differentijs arborum secundum species eiusdem generis, vel sub eodem genere. Et est huius libri pars altera. Prima fuit de differentijs earum secundum naturam, & artem. Horum versuum paraphrasin adscribam. Dixi huc vsque de duplici arborum genere: quorum vnum est earum, quæ natura duce, sine vlla cultura pronascuntur. Alterum earum, quæ sola arte, & hominum industria producuntur. Proximum est, vt de illo etiam arborum discrimine aliquid dicamus, quo eiusdem generis arbores à se inuicem distinguuntur. Neque enim vniuersi sunt omnes, quæ communi aliqua specie, & appellatione continentur. Nam & vlmorum, & salicum, & lotorum, & cupressorum varia sunt genera. Neque oleæ tantum vna specie proueniunt. Sunt enim aliæ orchades, alia radij, aliæ vero pausia. Quin etiam hortenses, ac satiuæ arbores, illarumq; fructus, in eodem genere plurimas habent differentias. Nam pyra aut Crustumia sunt, eaq; dulcissima, aut Syria, quæ ab alijs Tarentina dicuntur: aut volema, & quidem omnium maxima. Atque hæc varietas cum in omni arborum genere, tum præcipuè in vitibus solet existere. Nam inter Lesbias, & Italicas vites plurimum interesse, vini vtriusque diuersitas argumento est. Sed & Thaso suæ sunt vites, quæ Thasiæ nominantur. Sunt & Mareotica, quæ à palude suam appellationem fortiuntur. Aliæ deinde sunt quæ tantum pingui solo, aliæ quæ tantum gracili, & leui proueniunt. Pfythia vtilis est, ex cuius fructu defrutum, aut passum fiat. Lagæa vinum procreat fortissimum, quo qui utuntur, ita inebriari solent, vt neque pes, neque lingua officium faciant. Aliquæ vites dicuntur purpureæ, aliquæ vero pretiæ. Item in agro Veronensi Rhetica, quæ vina vni Falerno posthabentur. Præterea sunt vites Amineæ, è quibus vina profluunt firmissima. Sunt item Lydia, & Chie & Argitis minor, quam nulla alia vel copia, vel vbertate, vel diuturnitate, & vetustate annorum facile superaerit. Neque verò silentio prætereunda est vitis Rhodia, cuius vino secundæ mentis in epulis hominum ac deorum honorari solent. Quibus omnibus postremo loco

Abumastum addimus, genus vitis acinosissimum, quæ ob fecunditatem à Latinis bumamma, quasi bouis mamma appellatur. Multa præterea sunt genera vitium: quarum nec numerum, nec appellationes cum certa fide referre possumus: quippe quæ totidem ferè sunt, quot agri. Vna igitur, eademque opera arenas Lybici maris, quæ à ventis voluntur, numerando volet comprehendere, qui omnia vitium genera, & nomina in promptu habere elaborabit. NEC PING. VNAM IN FACIEM NASC. OLIVÆ) Genera oliuarum, quomodo & vuarum, enumerat Macrobius Saturnal. lib. I. cap. 20. Et Columella lib. 5. cap. 4. Olearum, sicut vitium, plura genera esse arbitror, sed in meam notitiam decem modò peruenerunt. Pausia, algiana, liciniana, fergia, neuia, calminia, orchis, regia, circites, murtea. EX quibus bacca iucundissima est pausia, speciosissima est regia, quæ potius escæ, quàm oleo est idonea. Pausiæ tamen oleum saporis egregij, dum viride est: vetustate corrumpitur. Orchis quoque, & radius melius ad escam, quàm ad liquorem stringitur, &c. Pausiæ oleæ à pauendo nomen factum volunt, quod non nisi pauendo, id est, tundendo oleum emittat, vt ait Seruius: quod sanè ei commune est cum cæteris olearum generibus: seu quòd prius tundatur, quàm molæ subiicitur. Est autem oliua nigricans præ maturitate. POMA Q. ET ALCINOI SYLVÆ) De hortis Alcinoi Phæacum regis Homer. Odyss. lib. II. Apollon. Argonaut. lib. 4. Genera nobilium pomorum recenset Columella lib. 5. cap. 10. Præterea malorum genera exquirenda maximè scandiana, matiana, orbiculata, sextiana, pelusiana, amerina, syrica, melimela, cydonia, quorum genera tria sunt, struthia, chrysomeliana, mustea. Quæ omnia non solum voluptatem, sed etiam salubritatem afferunt. NEC SVR. IDEM CRVSTVM.) Pyrorum genera in eodem capite. Curandum est, inquit, vt quàm generosissimis pyris pomaria conferamus. Ea sunt crustumina, regia, signina, tarentina, quæ syria dicuntur, purpurea, superba, ordeacea, aniciana, neuiana, fauoniana, lateritana, dolabelliana, turræniiana, volema, mulla, præcocia, venerea, & quædam alia, quorum

rum enumeratio nunc longa est. NON EADEM PEN-
DET ARB.) Nunc vitium genera, varietatemq; perfe-
quetur. Ad quam intelligendam iuuabit legere, cui oti-
um erit, Plin. lib. 14. cap. 2. & 3. Columellam lib. 3. cap. 2.
Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 29. Facere vindemiam Cato
& Varro dicunt: colligere vindemiam Palladius. Qui
vvas colligunt, vocantur vindemiatores, & leguli. Suus
etiam huic versui locus erit inter adagia, cum volemus
indicare nobis non esse pares cum alijs diuitias, ingeniũ,
honores, eruditionem, commoda, & horum denique
similia. Iacob. Pont. QVAM METHYMNÆO) Ouid.
1. de arte. *Gargara quot segetes, quod habet Methymna
racemos.* Oppidum Lesbi insulæ Methymna. Sed & i-
psi insulæ, & huic oppido vnde nomen inditum, doce-
bit Diodorus lib. 5. cap. 16. Vinum Lesbium temporibus
Aristotelis in præcipua commendatione fuit, per
quod ille Theophrastum Lesbium sibi successorem,
Menedemo Rhodio præterito callidè designauit, vt
narratum est à Gellio lib. 13. cap. 5. Postquam enim vtri-
usque insulæ vinum afferri iussit, ac degustauit, de Rhodio
dixit, firmum esse vinum, & iucundum: de Lesbio
autem, ἡδίστων ὁ Λέσβιος. Sic Alexis comicus, Λέσβιος πρῶτα-
τος ἢ καὶ ἄλλος οἶνος ἡδίστων πίνειν. Iacob. Pontan. SVNT
THASIAE VITES) Thasus insula Thraciæ adiacens,
vnde ἑσπέρων οἶνος pro optimo, & ἑσπέρων σακεύλη. Eam insu-
lam celebrem fuisse vario deliciarum genere, vino, ob-
sonio, muria, bellarijs, constat aliunde, & ex hoc Plutar-
chi κατ' ἐπίκλησιν ἢ καὶ ἐν φακῇ καὶ μάζῃ, &c. vide German. SVNT
ET MAREOTID. ALBÆ) Mareoticum vinum scribit
Athen. lib. 1. δεῖπνο. esse Alexandrinum, à Marea fonte,
qui in Alexandria est, & ab vrbe ei fonti vicina eiusdem
nominis appellatum: eamque urbem fuisse olim maxi-
mam, nunc esse vicum. paucis verbis post, à Marone
quodam vno ex ijs, qui cum Baccho militarunt, esse
nominatum. Multas autem huius Mareotici vini laudes
adducit idem Athenæus. Obseruauit Lamb. in Horat.
* Dixit Virgilius Thasias, & Mareotidas, & Lageas: complures-
que externas, quæ in Italia non reperiuntur. Plin. lib. 14. cap. 3.
PING. HÆ TERRIS HAB.) Hæ, id est, Thasiæ deside-
rant terram pinguem. Illæ, id est, Mareotica leuem, so-
lum macrum, seu mediocre. ET PASSO PSYTHIA) D
Passum est vinum è passis, & sole siccatis vuis factum, de
quo Columella lib. 12. cap. 39. TENVIS QVE LAGEOS)
Lageon Seruius leporariam Latine dici rectè putat: à
leporis, vt opinor, colore, aut alopecis. Plin. lib. 14. cap. 3.
Contra damnantur etiam visu cinerea, & rabuscula, & a-
finisca, minus tamen caudas vulpium imitata alopecis.
Vidi nuper quosdam, qui Lageam ex eod. Plinij capite
Ægyptiam perperam interpretarentur. Scio Ptolemæ-
um primum Ægypti regem Lago, vt putant quàm pluri-
mi, patre genitum, vnde Lagea iuuentus, pro Ægyptia à
Lucano lib. 10. nominatur. Brod. lib. 4. cap. 25. TENTA-
TVRA PED. OLIM) Id est, tardè inebriatura, propter
tenuitatem. Conuenit cum illo Terentij Eunuch. *Neg,
pedes, neg, mens satis suum officium facit.* Plaut. Pseud. *pe-
des captat primum, luctator dolosus est.* Anonymus in Venerem,
& Bacchum, de ipso Baccho, seu vino. *Et tentat
gressus, debilitatq; pedes.* Græcus Epigram. lib. 4.
Οὐκ οἶδ' εἰ δίνυσσον ἄνδρ' ὀσομαι, ἢ διδὸς ὄμβροσιν
Μέμφομαι, δὲ λίνεσσι δ' εἰς πόδας ἀμφοτέρω.
Propert. lib. 3. *multo mentem vincire Lyco.* * Teren. Eunuch.
Temulenta es, &c. Vbi Donatus, ebria, à temeto, quo nomine anti-
qui Vinum appellabant, eo quod tentaret mentem, id est, labefacta-
ret. Subijcit hunc versum Virgilij. PRECIÆ QVE) Preciæ,
inquit Plinius lib. 14. cap. 12. duo genera magnitudine
acini discernuntur. Columella quoque preciā ma-
iorem, & minorem nominat. QVO TE CARMINE

ADICAM RHETICA) Rheti vsque ad Italiam pertinent,
supra Veronam & Comum. In radicibus montium,
quos illi colunt, vinum Rheticum nascitur, quod lau-
datis Italiæ vinis non videtur cedere. Strabo libr. 4.
De Rhetis, & Rhetia doctissimè, & exquisitissimè mul-
ta primo Antiquitatum Augustan. libro amicus noster
summus, atque adeo Mæcenas, & huius reipub. orna-
mentum splendidissimum Marcus Vellserus. Ibidem
hæc de varia scriptura huius vocis. Inueniuntur enim
Retia, Rhetia, Rætia, Rhætia, Raitia, & Rætia: i-
pse ex probatissimis nummis, & marmoribus Rætia
cæteris præfert.

Non eodem modo explanant hæc Seneca & Plin.
Senecæ enim videtur poeta incertus laudandi, & vitu-
perandi, cuius verba sunt, Natural. Quæst. lib. 1. cap. 11.
His quod nomen imponimus? An facio quod Virgili-
us, qui dubitauit de nomine, deinde id, de quo dubi-
tauerat de nomine, posuit? *Et quo te nomine dicam Rhe-
tica?* Nihil ergo prohibet illas pærelia vocari. Sed com-
munis lectio est *carmine*: non quemadmodum Seneca
legit, *nomine*, Non igitur dubitat poeta reuera: more
autem laudantium locutus est. Plin. verò lib. 14. cap. 6.
In Veronensi item Rhetica, Falernis tantum posthabita
à Virgilio. Vide Turneb. lib. 29. cap. 26. NEC CEL-
LIS IDEO CONTENDE FALER.) Seruius hunc in mo-
dum explanat. Licet sis à Catone laudata, tamen vino
te Campano præferre non debes. Cellis autem apothecis
dicit: nam cellas vinarias dicimus. Et Falernus mons
est Campaniæ, in quo optimum vinum nascitur. Sum-
ptum est hoc à Varrone, inquit Vrsin. ex lib. 1. videlicet
de re rust. Quod far conferatur Campano? quod triti-
cum Appulo? quod vinum Falerno? quod oleum Ve-
nafro? * *Post vvas Falernas, seu Vinum Falernum ideo primas
datas Rhetico quidam arbitrantur, et Augusto blanditur, quem
illo maxime delectatum scripsit Suetonius. De hoc vini genere sunt
quædam apud Strabonem. lib. 4. οἱ μὲν ἐν ῥαῖτοι μετὰ τῆς Ἰταλίας κα-
θ' ἕκαστον τῆς ὑπερ ἡρῶν καὶ κώμης καὶ ὄγε βασιλικὸς οἶνος τῶν ἐν τῆς ἰταλι-
κῆς ἰστανυμῶν, καὶ ἀπὸ λείπτο γαῖ δοκῶν, ἐν ταῖς τῶν ὑπερῶν γίνεται.*
Citat Vrsin. & similiter monet, scribendum cum diphthongo hoc
Verbum, Rhetica, non Rhetica, idq; auctoritate Strabonis confirma-
ri. Quo pacto cuiusdam hospiti suo, nomine Falerno in Campania Bac-
chus ministravit hoc Vinigenus primum hospitijs, Silius lib. 7.

Haud fas Bacche tuos tacitum transmittere honores,
Quamquam magna incæpta vocant, memorabere sacri
Largitor laticis, grauidæ cui nectare vites
Nulli dant prælis nomen præferre Falernis, &c.

SVNT ET AMINEÆ) Varia lectio. Quidam legunt,
sunt etiam Amminea vites. Ego vtrumq; defendi video
posse: hoc auctoritate Aufonij, qui scripsit, *solum qui
Chium miscet, & Ammineum.* Illud Sereni, sic scriben-
tis, *succus Aminea vitis cum pane medetur,* perspicuè
defendit. Turneb. lib. 29. cap. 26. Hesychius. Ἀμινῶν,
δὲ ἐνός, ἢ τὸν οἶνον λέγει. ἢ γὰρ πενικῆτι, ἀμινῶνα λέγεται.
Amineæ nomen est vuarum generosarum, quas
Grammatici tradunt amineas dici, quasi sine minio, id
est, rubore, tanquam album sit id vinum. Macrob. ve-
ro censet ab Aminea regione nominari: fuerunt enim
Aminei populi, vbi nunc Falernum est. Pronuncianda
autem dictio hæc est penultima correpta, quod satis li-
quet ex illo Aufonij versiculo, quem adduximus, &
legendum hoc Virgilij, *sunt etiam Aminea vites,* vt pri-
ma syllaba producat. * Ita Beroald. Annotat. in Columel-
lam, quem secutus est Turneb. qui tamen geminat literam, m, quod
nescio an Beroald. Soluerit. Lege de vitibus Amineis Columell. ca. 9.
lib. 3. Plin. lib. 14. cap. 2. Principatus datur amineis, propter fir-
mitatem, senioq; proficientem vini eius & big. Sicut. Ibidem quinq;
earum genera recensentur. Palladius lib. 3. tit. 9. Sola Aminea vbi-
cunque sint, Vinum pulcherrimum reddunt. FIRMISS. VINA
Vinum firmum vocat Virgil. consistens, & potès, quod
Aa que

que diu seruari potest, & in vigore persistere. Columell. A cas, ingens mamma: particula siquidem βυ in compo-
 vinum forte est generosum, & potens. Contrarium est, fitis, siue iunctis significatum auget. Sic βύπειρα, βυλιμία,
 molle. Carol. Steph. in Vineto. T M O L V S E T A S S V R G I T) Tmolus etiam Tmelos dicitur, vino percelebris. magna fames, & similia. Varro lib. 2. de re rust. cap. 5.
 Sic Lucillius vinum Chium, vt omnium præstantissi- Noui, inquit ille, maiestatem boum, & ab his dici ple-
 mum, dynasten appellauit, χίος τε δυναστὴς, vt apparet raq; magna, βύσκον, βύπαιδα, βύλιμον, βοῶπιιν vnam quo-
 in Seruij commentario, etsi corrupto. Et Maro hone- que bumammam. Plin. lib. 14. cap. 1. tument mamarum
 sta, præclaraq; translatione vsus est. Turneb. libr. 28. modo bumasti. Iacob. Pontan. S E D N E Q V E Q V A M
 cap. 8. * Per Tmolum montem Lydia. Vinum Chium poeta in- M V L T A E S P E C I E S) A Theophrasto lib. 2. de hist. plant.
 telligit. Vtrumq; genus ait cedere Aminco: assurgimus enim qui- Eν πλείω δ' ὡς εἰπεῖν, διαφορὰ τὰ τῶν ἀμπέλων ἔσιν. ὅσα γὰρ ἐστὶ
 bus honorem habemus, quibusq; nos inferiores esse profiteri volu- γῆς εἶδη, τὸ σαυτὰ τινὲς φασὶ καὶ ἀμπέλων εἶναι. Et lib. 4. περὶ
 mus. ARGITIS Q. MINOR) Argitis quæ vel à candore αἰτιῶν. ὁ καὶ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων λέγεται, ὡς ὅσα γὰρ εἶδη, το-
 yuarum, vel à loco nomen trahit, quasi Argina, duplex σαυτὰ καὶ ἀμπέλων. τὸτο ἀληθὲς καὶ δόλον. Concluditur in-
 est, maior & minor: minor præstat bonitate. Sed quan- ductio longior, quod infinita sint vitium genera, idque
 quam vini plurimum fundat, quodq; diutissimè duret, hyperbolico pari illustratur. Columell. lib. 3. cap. 2. Mul-
 nondum est comparanda viti Amineæ. De hoc gene- tra præterea sunt genera vitium, quarum nec numerum,
 re ita Isid. lib. 17. ca. 5. Argitis græcula vitis, generis albi, nec appellationes cum certa fide referre possumus: vbi
 vastâ materiam, & breue, & latum folium mittens, cuius citantur hi versus Maronis. Plin. lib. 14. cap. 12. Genera
 fructû nisi primo tempore colligas, aut ad terram deci- vitium numero comprehendi posse vnus existimauit
 det, aut humore putrescet. N O N E G O T E M E N S I S, Democritus, cuncta sibi Græciæ cognita professus. Cæte-
 E T D I I S) Sunt qui verbis transpositis ita legant Versum. Non ri innumera, atque infinita esse prodiderunt, quod ve-
 ego te dijs, & mensis accepta secundis. Prædicat enim Vinum rius apparebit ex vinis. Nec omnia dicentur, sed maximè
 Rhodium, vt sacrificijs, & bellarijs idoneum. Vnas autem qua se- insignia: quippe quæ totidem pænè sint, quot agri. Idem
 cundis mensis inferuntur, cum Plinio escarias, cibarias appellabi- cap. II. genera vini nobilia facit octoginta, & ex hoc nu-
 mus.] Primas mensas excipiebant secundæ, & ipsæ ali- mero duas partes esse Italiae. Q V A M M V L T A E Z E P H.
 quando in plures missus operis dulciarij, nec non lacta- T V R B. A R E N A E) Arenæ nomen vim quandam rerum
 rij dispertitæ, de quibus videndus Valer. Max. libr. 2. infinitam videtur significare. Catull.
 cap. 1. Gellius lib. 13. cap. 2. Macrobi. lib. 3. Athenæus lib. C
 14. Pindari testimonio probat, apud antiquos in vsu fu- Quam magnus numerus Libyssa arena
 isse secundas mensas. Et Seruius in Virgilianum illud, La serpitiferis iacet Eyrenis.
 mensæq; remota, duas, inquit, habebant mensas: vnam Rursum.
 carnis, alteram pomorum. Cic. lib. 14. ad Attic. hæc scri- Ille puluis Crythrei,
 pti appositæ secunda mensa. Et ad Tironem, videor e- Siderumq; micantium
 nim videre e mentem te res rusticas, cum villico lo- Subducatur numerum prius.
 quentem, in lacinia seruantem ex mensa secunda femi- Calli machus innumerabiles copias εἰς τὸν Λαμάδρῳσον.
 na. Varro de re rust. lib. 3. cap. 16. Mel ad principia con- in hymno Dianæ dixit. In Menipeis Varro apud Ma-
 cuiuij, & ad secundam mensam administratur. Lamprid. crob. sæpe pro ingenti multitudine arenam, & Λαμάδρ-
 in Alexand. pomis vehementer indulgit, ita vt secundæ sia extulisse dicitur.
 mensæ illi sæpius ponerentur. Horat. Sat. 2. lib. 2. tum- Græci παρομιμακῶς ἄμμον μετρεῖς, κύματα μετρεῖς,
 pensilis vna secundas Et nux ornat. mensas, cum duplice significatione laboris infiniti, conatusq; irriti. Nomi-
 ficu. Ouid. Metamorph. lib. 9. totumq; tulit prædiuite nat autem Maro præ ceteris Libycum mare, cuius etiam
 cornu. Autumnum, & mensas falicia poma secundas. Mar- alibi littus arenosum fecit, quod in eo maxima est arene
 tial. lib. 5. copia, propter fyrtes. VIOLENTIOR INCIDIT EVR.)
 Mensa munera, si voles, secunda Imitatio ne Homeri. Odyss. e. Σὺν δ' εὐχῆς τε νότο τ' ἐπε-
 Marcentes tibi porrigentur vna, σε, ζήσους τε δυναῖς. Catull. de Faselo, siue vtrumq; Iupiter
 Et nomen pyra qua ferant Syrorum. Simul secundus incidisset in pedem. Cic. in Arateis. Aut
 Hæc congeffit libello de Triclinio Vrsinus. T V M I D. granis inciderit vehementi flamine ventus. Berfman.
 B V M A S T E R A C E M.) βυμασδὸς Græcis genus vnæ cras- Q V O T V E N. A D L I T. F L V.) ex Theocrito.
 sioris, velut mamma: quæ aliàs bumamma, quasi di- Ἀλλ' ἴσθ' μὲν ὁ μόχθ' ἐπ' αἰὶνὸν κύματα μετρεῖν,
 O σ' ἀνεμοὶ χερσὶν ἢ μετὰ γλαυκᾶς ἀλὸς ᾠδεῖ.

Mensa munera, si voles, secunda
 Marcentes tibi porrigentur vna,
 Et nomen pyra qua ferant Syrorum.

Hæc congeffit libello de Triclinio Vrsinus. T V M I D.
 B V M A S T E R A C E M.) βυμασδὸς Græcis genus vnæ cras-
 sioris, velut mamma: quæ aliàs bumamma, quasi di-

NEC VERO TERRÆ FERRE OMNES OMNIA POSSVNT.
 110 Fluminibus falices, crassisq; paludibus alni
 Nascuntur, steriles saxosis montibus orni:
 Littora myrtetis lætissima: denique apertos
 Bacchus amat colles, Aquilonem, & frigora taxi.
 Aspice & extremis domitum cultoribus orbem,
 115 Eoasq; domos Arabum, pictosq; Gelonos:
 Diuisæ arboribus patriæ: sola India nigrum
 Fert ebum, solis est thurea virga Sabæis.
 Quid tibi odorato referam sudantia ligno
 Balsamaq;e, & baccas semper frondentis acanthi?
 120 Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?

Velle-

- Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres?
 Aut quos oceano propior gerit India lucos,
 Extremi finus orbis? vbi aëra vincere summum
 Arboris haud vllæ iactu potuere sagittæ.
 125 Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.
 Media fert tristes succos, tardumq; saporem
 Felicis mali: quo non præsentius vllum
 (Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ,
 Miscueruntq; herbas, & non innoxia verba)
 130 Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
 Ipsa ingens arbor, faciemq; simillima lauro:
 Et, si non alium latè iactaret odorem,
 Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:
 Flos apprimè tenax: animas, & olentia Medi
 135 Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.

NEC VERO TERRÆ) Ouid.

*Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa
 Conuenit, hæc oleis, hæc benefarra virent.*
 Lucret. lib. 1.

*Nec fructus iidem arboribus constare solent,
 Sed mutarentur ferre omnes omnia possent.*

Et sæpe γῆν ἀέρας Plato. Lib. 1. super illo, *Et quid quæq;
 ferat regio, & quid quæq; recuset*, multa scripsimus, quæ
 huc etiam pertinent. Et est hæc tertia libri pars, in qua
 quid quibusq; locis proueniat, nos docet, quod ad arbo-
 res attinet: quas tertio distribuit, secundum soli, & regio-
 nis discrimen. Est siquidem quoddam fluuiatile, aliud
 palustre, aliud montanum, aliud maritimum, aliud col-
 linum, aliud campestre, aliud calidum, aliud frigidum, B
 prout huic, aut illi plagæ cæli subiectum fuerit. Postea in
 laudes Italiæ se effundit. Si ergo vna regio sibi arbores
 naturaliter insitas, non in quibuscunq; locis, sed distin-
 ctis, & certis profert: multo magis vna prouincia, vel re-
 gio non potest vniuersas arbores diuersi generis conti-
 nere, ait Seruius. Quibus autem terris quæ species arborum
 felicius veniant, docebit Varro lib. 1. cap. 7. Et Plin.
 lib. 16. cap. 18, quæ arbores diligant montes: quæ montes
 & valles: quæ plana: quæ oderint, quæ ament aquas. De
 myrto idem affirmat cum Marone Martial. lib. 4. *Nec
 plus lotos aquas: litora myrtus amat.* Et campi largius vi-
 num, colles nobiliter ferunt, inquit Pallad. lib. 1. tit. 6. Sen-
 tentiam porro hanc, *Nec vero terra ferre omnes omnia* C
possunt, ex mente Virgilij ad totam ruris disciplinam re-
 ferendam censet Columell. lib. 7. cap. 2. eamque ad aues
 emendas tuendasq; ibidem accommodat. Iacob. Pont.
 ASPICE ET EXT. DOM.) Per transitum maiestas, & am-
 plitudo imperij Romani innuitur, & Augustus obli-
 que laudatur, qui eius fines tam latè protulerit, de quo
 lib. 6. *Æneid. super & Garamantas, & Indos Proferet im-
 perium.* Bérsmann. EXTREMIS CVL.) vna cum incolis
 vltimis, habitantibus extremas orbis terrarum plagas.
 Idem. EOASQ. DOM. ARAB. PIC. GELON.) Nonnullis
 arboribus suæ quædam propriæ sunt, & peculiare ter-
 ræ, in quibus solis nascuntur: vt quæ in extremis Orien-
 tis regionibus, India, & Arabia: aut Septentrionalibus, vt
 apud Gelonos Scythiæ populos prouenire dicuntur.
 Hebenum nulla regio profert, præter Indiam. Neque
 thuriferæ arbores vsquam conspiciuntur, præterquam
 apud Adramitas, medio Sabæorum pago in Arabia. Ge-
 lonos, inquit Turneb. lib. 29. cap. 26. populos Scythiæ o-

Amnes agnoscunt, & scribunt Geographi. Vibius Seque-
 ster populos Thraciæ exponit, ita enim scribit. Geloni
 Thraciæ populi, picti corporis parte, nisi quis nomen
 Thraciæ, vt mendosum suspectat. De Gelonis iterum
 nofter, Georg. 4.

— acerq; Gelonus

*Cum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarum,
 Et lac concretum cum sanguine potat equino.*

Seruius picti interpretatur stigmata habentes. Sic Clau-
 dian. 1. in Rufin. *Membræq; qui ferro gaudet pinxisse
 Gelonus.* SOLA IND. FERT EBEN.) De ebene sic Plin.
 lib. 12. cap. 4. Vnam è peculiaribus Indiæ Virgilius cele-
 brauit ebenum, nusquam alibi nasci professus. Herodo-
 tus eam Æthiopiæ intelligi maluit, in tributi vicem re-
 gibus Persidis è materie eius centenas phalangas tertio
 quoque anno pensitasse Æthiopas, cum auro & ebore
 prodendo.

Laudatiunculam Indiæ libitum est huc adscribe-
 re, ex Diodori. lib. 2. cap. 5. Est India præ cæteris pul-
 chritudine excellens, ac multis quæ illam rigent flumi-
 nibus distincta, bisq; fructus annuatim ferens. Adeo
 autem omnibus exuberat ad victum necessarijs, vt sem-
 per affatim incolis fructum præbeat. Dicitur, nunquam
 in ea sterilitatem esse, aut fructuum vastitatem. Est &
 incredibilis elephantorum numerus, qui virtute & ro-
 bore corporis multo Libycis præstant, similiter auri, ar-
 genti, ferri, æris, lapidum præterea pretiosorum, cæ-
 terarumq; rerum quæ ad delicias, atque opes spectant,
 summa copia: quæ singula nota Semiramidi, ad bellum
 eius animum impulere. Copiosius eadè India describi-
 tur cum moribus, & institutis suis cap. 10. ODORATO
 SYDANTIA LIGNO BALSAM.) Balsamum arbuscula
 est, vni Iudææ concessa, quam Vespasianorum trium-
 phus Romæ ostendit, vt ante Pompei triumphus ebe-
 num. Succus manat è plaga incisura: quem opobalsa-
 mum vocant. Colligitur lanis in parua cornua. Surcu-
 lus xylobalsamum dicitur. Præcipua autem gratia la-
 crymæ, secunda semini, tertia cortici, minima ligno.
 D Plin. lib. 12. cap. 25. Theophrastus. lib. 3. hist. plant. *ἀρα-
 βον* arborem esse tradit in Ægypto nascentem, sic di-
 ctam, quia spinis plena est. Plura Bérsmann. VELLERA
 DEPECTANT TEN. SERES?) Coæ vestes differunt à
 bombycinis, & hæc à sericis. Bombyx est vermiculus Hi-
 spaniæ, Galliæ, Italiæ notissimus, seram texens. Seres
 autem populi sunt, lanificio sylvarum nobiles, quod

proprie sericum vocandum trado. Auctor Plin. li. 6. c. 17. & alibi. Atque vt Virgilius, sic Claudianus, *Stamine quod molli tandem de stipite Seres*. Seneca, *Qua fila ramis ultimis Seres legunt*. Quorum opinionem confirmat Arrianus in periplomatis maris rubri, Serum lanificium *νήμα σπεικόν* vocans. Dio lib. 47. *σπεικόν ὕφασμα χλιδῆς βαρ-εάρη* (non Coa) *ἔργον*. Strabo lib. 12. *τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ σπει-καὶ ἐκ τινῶν φλοιῶν* (non e vermiculis) *ἐκνομήνης βύσσου*. Pausanias ab his recedens, Seres populos a sere vermiculo denominatos putat. Brod. lib. 2. cap. 22.

Plin. Seres lanificio sylvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium caniciem. Marcellin. lib. 23. Apud Seras sub lucida sylua, in quibus arborum foetus aquarum asperginibus, velut quaedam vellera mollientes, ex lanugine, & liquore mixtam subtilitatem tenerimam pectunt, nentesque subtemine conficiunt sericum. De his Seneca lib. 7. de Benef. Video sericas vestes, si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus, aut denique pudor possit. Quibus sumptis mulier parum liquidum nudam se non esse iurabit. Haec ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, vt matronae nostrae ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant. Pellucebant enim tenerrima, vt Ammianus loquitur, subtilitate: ideoque quoties pellucidam vestem, pellucetent togam, taliaque legis, capito de serica, aut Coa. Haec Lipsius, & plura ad 2. Annal. Taciti. * *Concordat Seneca Solinus cap. 53. Hoc illud est sericum, inquit, in sum publicum damno seueritatis admissum: & quo ostentare potius corpore, quam desistere, primo feminis, nunc etiam viris persuasit luxuria libido. Lege quae ibidem sequuntur de Serum moribus. Multa item philologis Virilia de sericis, & bombycini vestibus Tiraquell. in 3. leg. Connub. num. 18. EXTREMI SINVS ORBIS*

Quae enim iuxta Oceanum est India, finis terrarum existimatus est orientaliu. VBI AERA VINCERE SYM. ARB.) Arbores in India repetire, quae sagittarum in actu nequeant superari, testatur etiam Plin. lib. 2. cap. 2. Idem Solinus cap. 55. * *Valer. Flaccus, ut arboris proceritatem ostenderet, videtur hunc locum imitatus, lib. 6.*

Densior haud vnquam, nec celsior extulit vllas
Sylua trabes, fessaeque prius rediere sagittae,
Arboris ad summum quam peruenire cacumen.

MEDIA FERT TRIS.) Theophrastus lib. 4. hist. plant. *ἡ δὲ μέδεια χρώσα καὶ ἡ περσὶς ἀλλὰ τὴν ἔχει πλείω, καὶ τὸ μῆλον τὸ μέδικον, ἡ περσικὸν καλεῖται. Eod. lib. τὸ δὲ μῆλον ἐκ ἐσθίει μὲν, εὐόσμον δὲ πάντες αὐτὸ, καὶ τὰ φύλλα δὲ δένδρον, καὶ εἰς ἰμάτια τε δὲ τὸ μῆλον, ἀκόπα δὲ γίνονται. Describitur malus Medica a Marone e subiecto solo, effectis, adiunctis, similibus: quod Medica sit, quod acris saporis, quod fecunda, quod venena pellat, quod lauro similis, quod odoris summi, quod perpetua coma vireat, quod flore tenaci, quod animam commendat. Sed tamen definitio tam accurata non est, quin multiplex controuersia inde orta sit. Iam vulgo putatur eadem & Medica, & Persica, & Assyrica, & Hesperia, & citrea, & cedria, & aurea malus esse. Plin. tamen lib. 12. cap. 3. Virgilium secutus, negat hanc arborem alibi quam in Media, & Perside nasci voluisse, quamuis gentes ad se transferre tentaerint. Et Macrobius Saturnal. lib. 3. cap. 15. cum Apuleio sentit non esse citrum. POCVLA SI. Q. SAEVAE INFEC. NOVER.) Ouid. quoque i. Metamorph. hoc nouerca-*

Sed neq; Medorum syluae, ditissima terra:
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiae certent: non Baetra, neq; Indi,
Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

Hac

odium in priuignos notat, quae, quo tota haereditas ad suos deuoluatur liberos, non raro venena miscent, & e medio tollunt, quos apud maritum e priore natos inuenerunt. Iure igitur saeva nouerca. Iacob. Pont. FOLIA HAUD VLL. LAB. VENT.) semper viret haec arbor, vtlaurus, buxus, pinus, & alia quaedam. ALIUM IACTARET ODOREM.) Diuersum a lauri odore, id est, gratum, & frequentem. Est enim malum illud *εὐόσμον*, sed & folia odore praecellunt. Odoris autem fragrantia plus quam iucundum, longaeque sensibile. Solin. Idem. Verum pomorum illi tanta vbertas inest, vt onere prouentus semper grauetur. Nam protinus atque poma eius deciderint maturitate, alia protuberant, eaque tantum est opimitati mora, vt foetus decidant ante nati. Hinc patet, cur *folia haud vllis labentia ventis*. FLOS APPR. TENAX) Attico more aduerbia plurali eloquitur numero, in quo genere frequens est, vt in 3. Georg. *Et pede terram crebra ferit*. Et Lucret. lib. 2. *mortales mutua viuunt*. Et Gratius de venat. *Prima iubent tenui nascentem fingere limbo*. Potest & ad prima, duobus vocabulis dici, vt in primis, & cum primis. Quod erit, ad comparationem eorum, quae primum tenacitatis obtinent locum, quod & apprimere declarat. Turneb. lib. 29. cap. 26. De flore Victor. lib. 32. cap. 5. non satis diligenter locutum existimat. Duo namque in arbore Medica sunt genera florum, valde inter se discrepantia: alterum quippe illorum sterile, & infecundum est, quod Theophrastus vocat *ἀγονον*, & quae sequuntur toto illo capite. * *Testatur Giffan. Collect. in Lucret. hoc loco in vetustissimis codicibus legi, apprimere tenax. Nam aduerbia in, e, non semper producuntur, aliquando corripiebantur. Lucretius in superne vltimam contraxit. Nec in o. finita omnia longa sunt. Vide litteram E. ANIM. ET OLENTIA ORA FOVENT) Animae vox pro habitu, spiritu oris bene aut male olente, vsitata probatis scriptoribus. Plaut. *Afin. Aedepol animam suauiore aliquid, quam vxoris meae*. PHIL. *Dic amabo, an faet et anima vxoris tuae?* In Mercat.*

Iam plenus atatis, animaque foetida,
Senex hircosus, tu osculere mulierem?

Idem Aulul. *follem obstringit ob gulam, Ne quid anime amittat dormiens*. Titinnius Fullonibus. *Interea foetida anima nasum oppugnat*. Iacob. Pont.

Parthorum populis hoc praecipue, & a iuuenta (animae graueolentia) propter indiscretos cibos. Namque & vino foetent ora nimio. Sed sibi proceres medentur grano Assyrii mali, cuius est suauitas praecipua, in esculenta addito. Plin. lib. 11. cap. 53. Idem lib. 12. cap. 3. Malus Assyria, quam alij vocant Medicam, venenis medetur. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est, alijs cadentibus, alijs maturescentibus, alijs vero subnascentibus. Tentauere gentes transferre ad sese propter remedij praestantiam ficilibus in vasis, dato per cauernas radicibus spiramento: sed nisi apud Medos, & in Perside nasci noluit. Haec est autem, cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis, commendandi halitus gratia. Nec alia arbor laudatur in Medis. Producamus etiam verba Theophrasti, simili sententia, lib. 4. hist. plant. *καὶ περὶ σόματ' εὐωδία. εὐὸν γὰρ τις ἐπίσηεν ζῶμα, ἢ ἐν ἀλλοτρίῳ τινὶ τὸ εἶσω δὲ μῆλον, ἐκπίεση τε εἰς τὰ σόμα, καὶ καταρροφήση, ποιεῖ τὴν ὀσμὴν ἰδέειαν.*

Hinc
bus abund
Ita duo su
tissima re
primae n
dicta no
confirma
V
Vos qui
distingui
tam tota
tes ab Era
sus, & ad S
pceptione
fior, magis
fiam, ibiqu
haec temp
tenae hye
modo non
ram Camp
Quod ole
marium vi
metus app
pocia vob
leos fer
Pl
grati ac
transcrip
rum alim
calum sp
riva, mol
fermonis co
tatem bo
tuo orbe pa
nium locor
populorum
gna tam se
re? Qualit
manuati v
ra. Jam vno
peries est, tan
sultus, tam o
tot montium
fertilitas, ta
tot lacus, tot
fundens, tot
cio patens v
vide in mare

- 140 Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Inuertère, fatis immanis dentibus hydri:
Nec galeis, densisq; virum seges horruit hastis:
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuere: tenent oleæq; armenta; læta.
- 145 Hinc bellator equus campo se se arduus infert:
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos,
Hic ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas:
- 150 Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbor.
At rabidæ tigres absunt, & sæua leonum
Semina: nec miseros fallunt aconita legentes:
Nec rapit immensos orbis per humum, neq; tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

Hinc exorditur laudes Italiae, quam bonis omnibus abundantem, & malis carentem vniuersis prædicat. Ita duo sunt capita, ad quæ tota hæc laudatio luculentissima reuocari potest. Eiusdem præconium ex aliquot primæ notæ scriptoribus subtexemus, per quod poetæ dicta non mediocriter, opinor, & illustrabimus, & confirmabimus.

Varro lib. 1. de re rust. cap. 2. Cum confedissemus, Agrasius, Vos qui multas perambulaftis terras, ecquam cultiorem Italia vidistis? inquit. Ego verò, inquit Agrasius, nullam arbitror esse, quæ tam tota sit culta. Primum cum orbis terræ diuisus sit in duas partes ab Eratoſthene, maximè secundum naturam ad meridiem versus, & ad Septentrionem. Et sine dubio, quoniam salubrior pars septentrionalis est, quàm meridiana: & quæ salubrior, illa fructuosior, magis Europam fuisse opportunam ad colendum, quàm Asiã, ibique Italiã. Primum quod sit in Europa. Secundo, quod hæc temperatior pars est quàm interior. Nam intus pænè sempiternæ hyemes, &c. Paulò infra. Contra, quid in Italia vtilis non modò non nascitur, sed etiam non egregium sit? Quod far conferam Campano? Quod triticum Appulo? Quod vinum Falerno? Quod oleum Venafro? Non arboribus confita Italia est, vt tota pomarium videatur? An Phrygia magis vitibus cooperta, quàm Homerus appellat ἀμπέλυσσαν, quàm hæc? Aut Argos, quod idem poeta ὀλίβηρον, in qua terra iugerum vnum denos & quinos culleos fert vini? Quot quædam in Italia regiones? &c.

Plin. copiosè lib. 3. cap. 5. in hæc verba. Nec ignoro, ingrati ac segnis animi existimari merito, si breuiter atq; intranscurſis ad hunc modum dicatur, terra, omnium terrarum alumna, eadem & parens, numine deum electa, quæ calum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusq; molliret. Et tot populorum discordes, ferasq; linguas sermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterq; vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sed quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit: tanta singularum rerum populorumq; claritas tenet. Vrbs Roma vel sola in ea, & digna tam festis ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Qualiter Campania ora per se, felixq; illa, ac beata amœnitas? vt palam sit, vno in loco gaudentis opus esse nature. Jam verò tota ea vitalis, ac perennis salubritas calitemperies est, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innocij saltus, tam opaca nemora, tam munifica sylvarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum, & vitium, olearumq; fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium, fontiumq; vberitas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumq; terrarum commercio patens undiq; & tanquam ad inuandos mortales ipsa auidè in mare procurrens. Neq; ingenia, ritusq; ac viros, &

A lingua, manuq; superatas commemoro gentes. Ipsi de ea indicauerunt Græci, genus in gloriam suam effusissimum, quoniam partem ex ea appellando Græciam magnam. Nimirum id, quod in mentione califecimus, hac quoq; in parte faciendum est, vt quasdam notas, ac pauca sidera attingamus. Iterum lib. 37. cap. 13. Ergo in toto orbe, & quacunq; caliconuexitas vergit, pulcherrima est omnium, rebusq; merito principatum, natura obtinens Italia, reatrix, parensq; mundi altera, viris, feminis, ducibus, militibus, seruitis, artium præstantia, ingeniorum claritatibus, situ atq; salubritate calis, atq; temperie, accessu cunctarum gentium facili, littoribus portuosiss, benigno ventorum afflatus: etenim contingit recurrentis positio in partem vtilissimam, & inter ortus, occasusq; mediam, aquarum copia, nemorum salubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli vberitate. Quidquid est, quo carere vita non debet, nusquam est præstantius. Fruges, vinum, olea, vellera, lina, vestes, iuueni. Nec equos quidem, in trigariis præferri illos vernaculis animaduerto. Metallis auri, argenti, aris, ferri, quàm diu libuit exerceri, nulli cessit. Gemina Pliniani scribuntur a Solino cap. 8.

Vitruuius lib. 6. cap. 1. Cum ergo ab natura rerum hæc sint in mundo collocata, vt omnes nationes immoderatis mixtionibus sint disparata, placuit vt inter spacia totius orbis terrarum, regionumq; medio mundi populus Romanus possideret fines. Namq; temperatissimæ ad vitamque partem, & corporum membris, animorumque vigoribus, pro fortitudine sunt in Italia gentes. Quemadmodum enim Iouis stella inter Martis feruentissimam, & Saturni frigidissimam media currens temperatur, eadem ratione Italia inter septentrionalem, meridianamque ab vtraq; parte mixtionibus temperatas, & inuictas habet laudes. Itaque consiliis refringit barbarorum vires, forti manu meridianorum cogitationes. Ita diuina mens ciuitatem populi Romani egregia, temperataque regione collocauit, vt orbis terrarum imperio potiretur.

Dionysius Halicarnass. lib. 1. Antiq. Rom. Quod si quis bonitatem regionis velit exquirere, ex qua humanum genus plurima ad vitæ hilaritatem faciètia mox a suis iniuriis perceperit siue ex terra, vt antiquorum habet opinio, siue aliunde ea fuere: non facile aliã inueniat, magis ad hoc idoneam. Si enim vnã terram conferas ad aliam magnitudine parem, non solum in Europa, verum etiam in toto orbe, optima meo iudicio est Italia. Quamquam non melior, quod multis incredibilia videbor dicere, cogitantibus Egyptum, & Africam, ac Babyloniã, & si quarum aliarum celebrata est felicitas. At ego terra opes non estimo ex vna aliqua fructus specie: nec me subit desiderium habitandi, vbi arua tantum sunt pingua, aliarum verò rerum

rerum ad vitam utilium aut nulla, aut admodum parua copia: sed qua sibi ipsi maxime sufficit, aduectiisq; bonis plerumq; quam minimum indiget, eam puto optimam. Hanc vero omnigenam fertilitatem & copiam si cui alij terra, Italia concessam arbitror. Non enim arua modo bona habet caret autem arboribus, ut frumentifera: neq; plantis modo quibuslibet alendis est idonea, sed inutilis segetibus, ut arbusi agri: neq; largiter quidem hac utraq; suppeditat, sed parum apta est alendo pecori: neq; dixerit quis eam abundare quidem frugibus ac pascuis, sed ad degendam vitam esse ingratam hominibus: sed est referta omnibus, ut breuiter eloquar, voluptatibus & commodis. Cui enim frumentifera cedunt rura Campana, non flumini, sed aquis rigata celestibus? in quibus campis ego vidi arua vel triferia, aestiuam post hyberniam, & autumnalem post aestiuam sementem enutrientia. Cui oliuifera Mesapiorum, Dauniorum, Sabinorum, aliorumq; multorum culturae? Cui vitifera Etruria, & Albanus, ac Falernus ager, mirum in modum amici vitibus, & modico labori vberimos reddentes fructus atq; optimos? Præter eam autem qua colitur, multum terra inuenias patere ouium, multum caprarum gregibus: plus etiam, & præstantius armentis equorum, & bouum. Palustris enim, & pratensis herba, copiosa illa, cultiuq; terra irrigua, & roscida, immensum quantum aestate compascua, omni tempore vegetam præbet gregum copiam. Sed saltus imprimis admiratione digni sunt, circa prærupta & nemorosa loca, tumulosq; cultura parum idoneos: ex quibus multam, & pulchram fabricandis nauibus, multam etiam aliis operibus aptam petunt materiem. Atq; horum nihil est vel paratu difficile, vel longè ab humanis vsibus remotum: sed omnia & confici facile, & facile conuehi possunt, propter fluiorum frequentiam, qui vniuersam oram permeant, & magnam commoditatem importandis ac permurandis, quas terra fert, rebus, afferunt. Eadem terra habet aquarum calidarum multis in locis scaturigines, incundissima exhibentes lauacra, morbisq; inueteratis sanandis utilissima: metalla omnis generis, ferarum venationes luculentas, maritimosq; proventus varios: & innumera alia vel utilitati seruientia, vel delectantia miraculo. Sed omnium pulcherrima est æris moderata, ut anni tempus fert, temperies, qualis nec nimio gelu, nec immenso aestu fruges ledat, aut animantia, &c. Adde Columell. lib. 3. cap. 8. His tamen exemplis nimirum admonemur, curæ mortalium obsequentiissimam esse Italiam, qua penè totius orbis fruges, adhibito studio colonorum ferre didicerit.

Vide item si lubet Florum lib. 1. cap. 16. Melam lib. 2. cap. 4. Strabonem lib. 5. qui eam compendio quodam eximie tollit, in extremo libro ab his verbis, *πολλὰ δ' εἰρηκότες τὰ μέγιστα ὀπσημανέμεθα, ἢ φ' ἂν νῦν εἰς τὸ σῶτον*, &c. Lege insuper Propert. eleg. 21. lib. 3. de laudibus Italiae, & vrbis Romæ, vbi inter cætera quàm magnificè prædicat?

*Omnia Romana cedant miracula terra,
Natura hic posuit, quidquid & big; fuit.
Armis apta magis tellus, quàm commoda noxa.
Famam Roma tua non pudet historia.
Nam quantum ferro, tantum pietate potentes
Stamus, vitricæ temperat ira manus.*

MEDORVM SYLVÆ) Arbores Medorum, propter malum Medicam, quam hætenus descripsit: nec enim, teste Plinio, alia arbor laudatur in Medis. N E C P V L C H. G A N G E S) Ganges Indiam diuidit, Indiaque intra, & extra Gangem dicitur: vbi minimus, 7. millia passuum latus: vbi modicus, stadia centum. Plin. lib. 6. cap. 18. Vnde pulcher modò dicitur, vel potius, quia gemmifer, vt idem lib. 37. cap. 13. vel aurifer, vt idem lib. 33. cap. 4. A T Q V E A V R O T V R B I D V S H E R M V S) Auriferos fluuios enumerat Plin. lib. 33. cap. 4. Tagum Hispaniæ, Padum

Italiae, Hebrum Thraciæ, Pactolum Asiæ, Gangem Indiae. Nec vllum, inquit, absolutius aurum est, cursu ipso trituq; perpolitum. Aiunt & in Baetris Ozum fluuium glebulas auri plurimas ferre, similiter & in Theodoronte, circa littora ebullire aurum, & alueo quoque deferri. Vide etiam Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 28. cum Tirraquell. NON BACTRA) Bactra Scythiæ prouincia est, vltra Assyriam, à flumine Baetro cognominata, cuius incolæ sunt Bactriani, vltra Tanaim habitantes. Bactrianam fertilitatem prædicat Strabo lib. 2. & 11. Plin. lib. 18. cap. 7. Tradunt, inquit, in Baetris grana tantæ magnitudinis fieri, vt singula spicas nostras æquent. P A N C H A I A T H V R I F.) *Arnob. lib. 7. Nam si honoramus hoc numina, nec indignè sustinent Panchaicas sibi ardere resinulas.* Tibull. lib. 3. eleg. 2. *Illic quas mittit diues Panchaia merces.* Lucret. lib. 2. *Araq; Panachaos, exhalat propter odores.* 4. Georg. *Panchaia adolefcunt ignibus aræ.* Ouid. 10. Metamorph.

*Cinnamaq;, costumq;, suam, sudataq; ligno
Thuraserat, floresq;, alios Panchaia tellus.*

Bersman. HÆC LOCA NON TAVRI) Cum hoc loco poteris conferre illum Horatij ex Ode 19. Epod. vbi insulas fortunatas describit. *Non huc Argoo contendit remige pinus, &c.* TAVRI SPIRANT. NAR. IGNEM) *Fabulam pete ex Ouid. Metam. lib. 5. Integrum panè carmen mutatus est à lib. 5. Lucretij. Et Diomedis equi spirantes naribus ignem.* Diodorus Siculus lib. 4. memoriæ prodidit, hos regis Ætææ custodes fuisse, ex Taurica adductos, quos Colchi ob immane corporis robur, animiq; ferociam, tauros appellauerint. Argumentum à tuto, quasi dicat, Italia nõ est monstrorum, aut venenatarum bestiarum ferax, quibus aliæ abundant regiones. Bersman. S E D G R A V I D A F R V G E S, E T B A C C H I) Copiam rei frumentariæ, viniq; vbertatem in Italia laudat. Plin. lib. 3. ca. 5. Ab hoc sinu incipiunt colles, & temulentia nobilis succo per omnes terras inclyto, atque (vt veteres dixerunt) summum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini, & Cæcubi obtenduntur agri. Hisiunguntur Falerni, Caleni. Dein confurgunt Massici, Gaurani, Surrentiniq; montes, &c. Florus, Omnium, inquit, non modò Italia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga est. Nihil mollius calo: deniq; bis floribus vernat. Nihil vberius solo: ideo Liberi, Cererisq; certamen dicitur. Et pauld post. Hic amicti vitibus montes Gaurus, Falernus, Massicus, & pulcherrimus omnium Vesuuius, Ætnai ignis imitator. Vitium principatus, inquit Plin. lib. 14. præmio, in tantum peculiaris Italiae est, vt vel hoc vno omnia gentium vicisse, quanquam odorifera, possit videri bona: quanquam vbicunque pubescentium odori nulla suauitas præfertur. B A C C H I M A S S I C H V M O R) Nõ vno loco hoc vini genus commendat Horat. Ode 1. lib. 1. *Est qui nec veteris pocula Massici Spernit.* Ode 21. lib. 2. *Quocunq; lectum nomine Massicum.* Satyr. 4. lib. 2. *Massica si calo supponas vina sereno.* A R M E N T A Q. L A E T A) Festus tradit, Italiam dictam, quod magnos italos, hoc est, boues habeat, vituli enim itali sunt dicti. H I N C B E L L A T O R E Q V V S) Bellator equus Xenophonti est *πολεμιστής*. Æneid. 3. *bello armantur equi.* A R D V V S) ardua ceruice, qui Græcis *ἄραχνη*, Homero *εἰλαίχνη*. Georg. 3. *illi ardua cernix.* H I N C A L B I C L I T. G R E G.) Hæc apostrophe est, non tam ad fluuium, quàm ad fluminis deum, qui Iupiter Clitumnus dicebatur: sequitur enim, *sape tuo perfusi flumine sacro.* Vibius Sequester: Clitumnus Umbriæ, vbi Iupiter eodem nomine est. Plin. epist. 8. lib. 8. Adiacet templum præscum, & religiosum. Stat Clitumnus ipse amictus, ornatusque prætexta, præfens numen, atque etiam fatidicum: indicant sortes. Turneb. lib.

lib. 29. cap. 26. * *Aqua Clitumni fluminis, qua pota greges albescebant, ut refert Plin. lib. 2. cap. 103. reducit mihi in memoriam quosdam fontes, ubi miracula fierent. Inter eos Salmacidis, cuius aqua molles redderet, & impudicos. Quod refellit Vitruvius lib. 2. cap. 8. & causam figmenti allegoricam proponit. Sed verba Isidori adducamus ex cap. 13. lib. Orig. 12. Iuxta Romam Albula aqua & vulneribus medentur. In Italia fons Ciceri oculorum & vulnera curat. In Æthiopia lacus est; quo persusa corpora velut oleo nitefcunt. Zama fons in Africa conoras voces facit. Ex Clitorio lacu Italia qui biberint, vini radium habent. (causant ergo inde bibere, quibus chara sunt pocula.) In Chio insula fontem esse dicunt, quo hebetes fiunt. Turreligua si lubet lege, & crede qua vis. TVO PERFVSI FLVM.*

SACRO) Flumen sacrum appellat, quod sacrum esset ad pontem vsque, ut Plinius refert, adeo, ut in eo navigare liceret, non tamen natate. Turneb. ibidem. * *Ad damus sanè distichon Propertij è lib. 2. eleg. 19.*

Qua formosa suo Clitumnus flumina luco

Integit, & niueos abluit vnda boues.

Claudian. de 6. consulat. Honor.

Quin & Clitumni sacras victoribus vndas,
Candida quæ Latij præbent armenta triumphis,
Vifere cura fuit.

De tauris ad Clitumnum pastis, & Sidimis hysdem maximis, Iuuenal. Sat. 12.

Pinguior Hispulla traheretur taurus, & ipsa
Mole piger, nec finitima nutritus in herba,
Lata sed ostendens Clitumni pascua sanguis
Iret, & à grandi ceruix ferienda ministro.

*Meminit item Silius lib. 4. et patulis Clitumnus in aruis Candentes gelido perfundit flumine tauros. HIC VER ASSIDV-
VM) Alia laudatio, à perenni cæli temperie, quam veris assidui, & æstatis alienis mensibus mentione indicat, τὸ πρὸ quodam τῆς περὶ τὸν πύλον. Habet autem & Italia, sicut aliæ regiones, annum in 4. tempora tributum: ve-*

Aruntamen, propter cæli clementiam videtur quasi perpetuum ver agere. Bersman. ALIENIS MENSIBVS) non consuetis. Lucret. *Incerto spacio, atq; alienis partibus anni. BIS GRAVIDÆ PECVDÉS) A fertilitate pecorum. Homerus Odysl. δ. τῆς γὰς τίκτηι μῆλα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν.* Ab arborum denique felicitate, quas biferas dicit. AT RABIDÆ TIGRES ABSVNT) Non sunt feræ animantes in Italia, quales in Hyrcania tigres, & in Africa leones. ET SÆVA LEON. SEM.) Quinq; catulos læna parit, ac per annos singulos vno minus. At quamuis læuissimum sit animal leo, solus tamen preces audire, & intelligere existimatur, & ideo prostratis parere: & ubi sæuit, in viros prius quam in fæminas fremit:

B in infantes, non nisi magna fame. Plin. lib. 8. cap. 16. NEC FALLVNT ACONIT.) Nomine aconiti omne genus herbæ venenatæ indicatur. Sed non fallunt legentes sua specie in Italia, sunt enim notæ omnibus. Sic Ouid. eo nomine omne genus veneni intellexit. I. Metamorph. *Lurida terribiles miscet aconita nonerca. NEC RAPIT IMMENSOS ORBES.)* Propert. lib. 3. eleg. 21.

*At non squamoso labuntur ventre cerasta,
Italia portentis nec fuit vnda nouis.*

Non negat Virgilius, extare in Italia serpentes, sed non esse ait tantæ magnitudinis, quantæ in Ægypto, vel India, ubi in tantam feruntur crescere vastitatem, ut solidos hauriant tauros, ceruosq;. Vide Plin. lib. 8. cap. 14. Idem lib. 3. cap. 2. ex Iuba refert, in Troglodytis lacum esse scatentem albis serpenribus vicenûm cubitorum. Bersman.

- 155 Adde tot egregias vrbes, operumq; laborem:
Tot congesta manu præruptis oppida saxis:
Fluminaq; antiquos subterlabentia muros.
An mare, quod supra, memorem, quodq; alluit infrà?
An ne lacus tantos, te Lari maxime, teq;
160 Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus, Lucrinoq; addita claustra,
Atq; indignatum magnis stridoribus æquor,
Iulia quæ ponto longè sonat vnda refuso,
Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Auernis?
165 Hæc eadem argenti riuos, ærisq; metalla
Ostendit venis, atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virûm, Marfos, pubemq; Sabellam,
Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos:
170 Scipiadus duos bello, & te maxime Cæsar,
Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virûm: tibi res antiquæ laudis, & artis
175 Ingredior, sanctos ausus recludere fontes:
Ascraumq; cano Romana per oppida carmen.

TOT VRBES EG. TOT OPP.) Vnde vrbis nomen duceretur, tradidimus lib. 5. Æneid. ibi. *Interea Æneas vr-
bem designat. aratro. OPERVMQ; LABO.)* Quæ sunt in muris & mœnibus vrbiûm, aliisque ædificiis ac templis, ait Seruius. Ego de magnificis monumentis, ut theatris,

Damphitheatris, circis, templis, ac iis stratis, sepulchris, palatiis, &c. accipiendum sentio. Iacob. Pont. PRÆRV. OPPIDA SAXIS) Oppidum, inquit Caius de verbor. signif. ab ope dicitur, quod eius rei causa mœnia sint constituta. Alciat. ibid. Oppidum videtur mihi id esse, quod tanquam

tanquam propugnaculum aduersus hostes constructum est, & mœnibus vallatum: id enim etymologia arguit, cum dicatur ab ope, id est, auxilio, quod eius causa factum sit: vnde ut plurimum condebantur oppida, ut etiam natura loci tuta essent. Deinde hunc locum Virgilij producit. Sunt tamen qui oppidum dictum existimant, quod eò priuati opes suas conferant: sed verior est Caij sententia. Obserua nomen oppidum etiam de non paruis vrbibus solere dici. Seruius Sulpitius ad Ciceronem, epistola, Posteaquam mihi renunciatum est, &c. Athenas, Magaram, Corinthum vocat oppida. Ennius Medea. *Asta, atq; Athenas aliquando opulentum oppidum contempla.* Jacob. Pont. FLVMINA QVE ANTIQVOS) Plin. lib. 3. cap. 5. Tot lacus, tot amnium, fontiumq; vbertas, totam eam perfundens. Aquæ ductus hic significari quidam putant. AN MARE QVOD SUPRA) Mare superum, Adriaticum vocatur, quia à septentrione Italiam attingit: sicut Tyrrhenum à meridie, quod idcirco nuncupatur inferum. Plin. Tot maria, portus, gremiumq; terrarum commercio patens vndique, & tanquam ad iuuandos mortales ipsa auidè in maria procurrans. ANNE LAC. TAN.) Habet & lacus complures, magnosq; Italia, inter quos præcipui Verbanus, Larius, Benacus. Larius Cisalpinæ Galliæ, prope Commum oppidum: Benacus similiter, prope oppidum Brixiæ. AN MEM. PORTVS Plin. Quid portus cunctarum gentium accessu faciles? Vnus Iulius sufficit portus, vnde laus portuosorum littorum abundè cognosci possit. Hunc enim Augustus Cæsar, immisso in Lucrinum, & Auernum lacum mari, opera vicies mille feruorum, quos manu miserat, & ad remum dederat, nuper admodum effecit. * *Meminis huius portus Horat. ad Pisson.*

Debemur morti nos nostraq; siue receptus
Terra Neptunus classes Aquilonibus arcet.

ARGENTI RI. Æ. M. OST. VEN.) Dubitandum haud est, quin ad Lucretij versus respexerit, qui leguntur in 5.

*Manabat venis feruentibus in loca terra
Concaua, conueniens argenti riuus, & auri.*

Metallum dicitur *ἄργυρος*, quod natura eius ea sit, ut vbi vna vena apparuerit, ibi spes sit alterius inquirenda. Isid. lib. 16. ca. 16. Venas intellige meatus terræ occultos. FLVXIT AVRO FL.) Incensis nimirum syluis à pastoribus, ac terra concalescens. Arist. *περὶ θαλάσσης ἀκροῦ. φανερώς ἀργυρίου φεύσαι.* HÆC GENVS ACRE VIRVM) Tandem Italiam celebrat ab incolarum præstantia, & generositate, quam in totis nationibus, & in singulis familiis conspicuam esse ait. Internationes autem bellicosas memorantur Sabelli, Marfi, Ligures, & Volsci. Familias illustres nominat Deciorum, Mariorum, Camillorum, Scipionum. Berfm. ASSVETVM Q. MALO LIGUREM) Credibile est intellexisse, assuetum à teneris malo, id est, *εὐδαιμόνων τῆ κακοπαθείᾳ*, siue *εὐδαιμόνων κακοπαθείᾳ*, aut *κακοπαθείᾳ ζῆν*. Quandoquidem à teneris assuescere multum est, ut ait ipse. Sunt, inquit German. qui *κακὸν ἐν* interpretantur *assuetum malo*, non, labori, ut Seruius, sed *κακία*, exponentes, ducti coniectura loci Æneid.

*Vane Ligur frustra q; animis elate superbis,
Nequidquam patrias tentasti lubricis artes.*

Virgiliumque vel priuata offensa, vel vitio gentis, Liguribus non satis propitium fuisse. Malum tamen est in eadem significatione, qua *κακὸν*, & *κακότης*, quorum vtrumque sæpe laborem, & ærumnam significat, ut apud

A Homerum *ἀναπνεῖν κακότης*, à malis & calamitate respirare. Nec satis videretur cauillum in Ligures hoc loco laudibus Italiæ institutis conuenire. VOLSCOS VERVTOS) Equidem sic dici crediderim, ait Turneb. lib. 30. cap. 27. quod milites veru armati essent. Ut enim telum quoddam, & ferramentum verutum dicitur, quod veru habeat: sic & homo, qui veru armatus est, verutus dicitur: ut cinctus, cinctu vestitus. SCIP. DVROS BELLO) Scipiones intelligit, vtrumq; Africanum, de quibus & in 6. *geminos duo fulmina belli Scipiadas.* Duros bello, vel bello obduratos, vel hostibus bello dueros, ac formidabiles. * *Interrogatus fortè Pescennius Niger Imp. quid de Scipionibus sentiret, respondit, magis felices fuisse, quam fortes.* Spartian. ET TE MAX. CÆS.) Augustum deniq; fortissimis viris accenset, & in eo nimirum blanditur, quod eius arma vsq; ad Indos perducit, quod non peruenerunt. Quamquam toto orbe pacato, legatio Indorum Romam ad eum venerit. Berfman. IMBELLEM INDVM) Notare voluit populos Asiaticos, ut ignauos, & delicatos. ROM. ARCIB.) Romanas arces Romani imperij vrbes, vel ipsum Rom. imperium.

Capita igitur huius Virgilianæ laudationis, & excellentiæ regionis Italicæ, si aduertas, sunt septem omnino. I. à vacuitate prodigiosarum pecudum, draconum, &c: contra, à frugibus, vitibus, pecudibus nobilibus. II. à perpetua cæli temperie. III. à vacuitate ferorum animalium. IV. ab vrbibus multis ac magnis. V. à fluminibus, maribus supero, & infero, lacubus. VI. à fodinis metallicis. VII. à populis generosis, clarisque ducibus. Quæ quidem capita omnia comprehendit etiam encomio suo Plinius supra à nobis allato, si conferas. SALVE SATVR. TELLVS) Saturnia dicta Italia à Saturno, qui ibidem regnauit. Vide lib. 8. Sollemnis omnium poetarum locus est, postquam aliquid, siue rem, siue personam laudauerunt, ex affectu quodam & admiratione in eiusdem salutationem erumpere. Salij in 8. vbi laudes Herculis cantu profecuti sunt, *Salve vera Ionis proles, decus addite diuis.* Catull. narrato quemadmodum in Argo nauilecti iuuenes, Argiua robora pubis illam auratam pellem apud Colchos petituri, sese marinis fluctibus commisitissent, subiicit ita.

*O nimis optato saclorum tempore nati
Heroes saluete, deum genus, ò bona mater.*

Ouidius quoque i. Fastor. vbi docuit, quam esset prospera & grata calend. Ianuar. dies, addit.

*Salve festa dies, meliorq; reuertere semper,
A populo rerum digna potente coli.*

Plura exempla apud alios notabis, cum occurrerit. Jacob. Pont. RES ANT. LET ARTIS) Res antiquæ laudis & artis est res rustica, quæ apud veteres in magno honore fuit, & cui plurimum studebatur. INGREDIOR) ad canendum scilicet. SANCTOS FON.) propter abdita naturæ, quæ suis carminibus pandit. Berfman. Lucret. lib. 1. *Integros accedere fontes, atque haurire.* ASCRÆVM Q. CANO) Ascræum carmen, id est, Hesiodicum. Hesiodus enim Ascræus, & Ascræ vicus Bæotiz. Vides ut se discipulum Hesiodi gloriatur? Sed de Georgicis Græci illius aliquid à nobis in Prodidag. Idem facere Virgilium, quod hic de se ipsemet confitetur, affirmat Propert. lib. 2. eleg. 34.

*Tu canis Ascræi veteris præcepta poeta,
Quo seges in campo, quo vires herba iungo.*

Nunc locus aruorum ingenijs: quæ robora cuiq;
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis.

Diffi-

- Difficiles primùm terræ, collesq; maligni,
 180 Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis,
 Palladia gaudent sylua viuacis oliuæ.
 Indicio est tractu surgens oleaster eodem
 Plurimus, & strati baccis syluestribus agri.
 At quæ pinguis humus, dulciq; vligine læta,
 185 Quiq; frequens herbis, & fertilis vbere campus:
 (Qualem sæpe caua montis conualle solemus
 Despicere: huc summis liquuntur rupibus amnes,
 Felicemq; trahunt limum) quiq; editus Austro,
 Et filicem curuis inuisam pascit aratris:
 190 Hic tibi præualidas olim, multoq; fluentes
 Sufficiet Baccho vites: hic fertilis vuæ,
 Hic laticis, qualem pateris libamus & auro,
 Inflauit cum pinguis ebur Tyrrenus ad aras,
 Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
 195 Sin armenta magis studium, vitulosq; tueri,
 Aut fœtus ouium, aut vrentes culta capellas:
 Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti,
 Et qualem infelix amisit Mantua campum,
 Pascentem niueos herbofo flumine cygnos.
 200 Non liquidi gregibus fontes, non gramina defunt:
 Et quantum longis carpent armenta diebus,
 Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
 Nigra ferè, & presso pingui sub vomere terra,
 Et cui putre solum (namq; hoc imitamur arando)
 205 Optima frumentis. non vllò ex æquore cernes
 Plura domum tardis decedere plaustra iuuenis.
 Aut, vnde iratus syluam deuexit arator,
 Et nemora euertit multos ignaua per annos,
 Antiquasq; domos auium cum stirpibus imis
 210 Eruit: illæ altum nidis petiere relictis.
 At rudis enituit impulso vomere campus.
 Nam ieiuna quidem cliuosi glareæ ruris
 Vix humiles apibus casias, roremq; ministrat:
 Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
 215 Creta. negant alios æquè serpentibus agros
 Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
 Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosq; volucres:
 Et bibit humorem, & cum vult, ex se ipsa remittit:
 Quæq; suo viridi semper se gramine vestit,
 220 Nec scabie, & salsa lædit rubigine ferrum:
 Illa tibi lætis intexet vitibus vltimos:
 Illa ferax oleæ est: illam experiere colendo
 Et facilem pecori, & patientem vomeris vinci.
 Talem diues arat Capua, & vicina Vesuo
 225 Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.

Quarta pars libri sequitur, de differentijs terrarum, quæ pro diuersis qualitatibus aut oliucto, aut vino, aut prato, aut aruo, aut simul his omnibus idoneæ sunt. Quomodo item cuiusvis terræ qualitates deprehendi possint: ceu sunt raritas, & densitas, sapor, pinguedo, humiditas, grauitas, & leuitas, calor, frigus. ARVORVM INGENIIS) Quomodo ingenium dicatur etiam de inanimis, recurre ad i. Georg. illuc videlicet, *Haud equidem, credo, quia sit diuinitus illis Ingenium.* Certè & Plinius ita locutus est de stirpibus. Palma eius est ingenij, vt nunquam ponderibus cedat. Sallust. Historiar. 5. castrisq; collatis, pugna tamen ingenij loci prohibebantur. QUÆROBORA CUIQUE) Robur hic accipimus vim, facultatem, vires. QVIS COLOR) Coloris meminit, nam & inde bonitas soli deprehenditur, vt ex odore, & sapore. DIFFICIL. TERRÆ, COLLESQUE MALIGNI) Vt benignus, liberalis: ita malignus lordidus sæpe, & auarus, & qui nulli est vsui, aut aduimento, omnibusq; se difficilem præbet. Terent. Hecyra:

*Sed ut sit, postquam hunc alienum abesse videt,
Maligna multo, procax facta illico est.*

Hinc ducta similitudine colles malignos vocauit, quorum solum minimè ferax, & fœcundum: quiq; ad colendum non sunt satis idonei. Et 6. Æneid. lux maligna, est lux caliginosa, obscura. Sensus carminum huius, & duorum sequentium est. Quæ ferendis oleis apta est terra, ea difficilis est, collina, argillosa, dumosa, calculosa. Huiuscemodi solum oleis esse fertile, argumento sunt oleastri, qui in tali vt plurimum enascuntur. Consulte Columell. lib. 5. cap. 8. Pallad. lib. 3. tit. 18. PALLAD. SYLV. VA VIVAC. OLIV. Æ) supra, nemorumq; Ioui qua maxima frondet Æsculus. Nam ibi quoque totius nomine partem indicauit. INDICIO EST OLEASTER) A coniugatis confirmatio. Si oleaster crescit in huiusmodi terra, ergo & olea. AT QUÆ PINGVIS HUMVS) Secundo loco de terreno vineis appposito differit, cum supra de solo oliucti dixerit Terræ vligo propriè est naturalis eius humor, ex ea nunquam recedens. Bene autem dulci addidit, ad discretionem amaræ. Vliginosus ergo ager, est semper humidus. Nam humidus dicitur, qui aliquando siccatur. Seruius. FERTILIS VBERE) vbertate fœcundus. Homerus ἔδαρ ἀρέσγης. De Italia i. Æneid. Terra antiqua, potens armis, atque vbera gleba Mox exemplum subijcit illius agri, quem vitibus delegit. Bersman & hoc, & quæ plura sequuntur. LIQVVTUR) destillant, ac defluunt lib. 1. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur. FELICEM LIMVM) terrarum puta, is enim fœcundat instar lætaminis: nam fluminum limus agris noxius est. EDITVS AVSTRO) meridiei expositus: talia enim loca fœcundiora sunt ijs, quæ septentrioni opponuntur. FILICEM INVISAM ARATRIS) propter plexum radicum inhibentium aratrum, quæ tamen frequenti aratione extirpantur, vt moriatur intra biennium filix sæpe conuulsa. * Filicis plures sunt species. Filicium soli tractus incolle, aut monticulo circa nemora, aut inter fruteta, Seletiam scorsim, filicibus omnis generis abundans. Vide Carol. Steph. Prædio rustico, in Colle. HIC TIBI PRÆVALIDAS) Tria commoda huiuscemodi pinguis campi. Nam & robustæ in eo, ac firmæ vites prodibunt, & vinum funditur non copiosum modò, verum etiam præstans, quali vtimur in sacrificijs. In quibus libabant merum, ad indicium mentis integræ, & non fucata, qualem sacrorum efflagitat religio. PINGVIS TYRRHENS) an quod eius musca pinguis sit, id est, bar-

bara? an quod buccæ infantis, instar pinguium tumescant, an quod Hetrusci sua natura erant pingues? Catull. *Aut parcus Umber, aut obesus Hetruscus.* LANCIBVS PANDIS) cauis. FVMANTIA) calida. REDDIMVS EXTA) Quomodo verbo dare, sic etiam verbo reddere in sacris utebantur. Seruius in hunc locum, Proprio, inquit sacerdotum verbo vsus est. Reddi enim exta dicebantur, cum probata, & elixa aræ superponebantur. Tacitus anal. lib. 20. lustrata boue, taurisque aræ, & super cespitem redditis extis. Sueton. Aug. Decretum etiam publicum extabat, quo cauebatur, vt quoque anno in posterum simili modo exta Marti redderentur. Tibull. e. leg. 3. lib. 1. reddere thura dixit. Ouidius 6. Factor. reddere liba. Et libr. 4. reddere vina. Brisson. Formular. libr. 1.

Extâ plurali tantum numero dicimus, licet & extum apud Plinium, Celsum legamus. Sunt autem exta, auctore Plin. lib. 11. ca. 37. cor, pulmo, lien in victimis, quoniam super omnia intestina superiora extet, quæ & vno nomine præcordia dici putat lib. 30. Festus, exta ait dicta, quod dijs ea sacrificentur, quæ maximè extant, eminentq; ex quibus diuinationem fieri solitam scribit Cic. lib. 2. de nat. deor. & 1. de Diuinat. Cæsa enim hostia, mox sacerdos cultro ferreo viscera, & exta rimabatur, & extrispium faciebat, hoc est, per exta deos consulebat, & an perlitatum esset, attentè explorabat, tumque exta reddi dicebantur, cum probata aræ superponebantur, vt notat Seruius. SIN ARMENTA MAGIS STVD.) Tertio loco exponit conditiones agri pascui, alendis scilicet armentis, & pecoribus idonei. Solum illius vult esse saluosum, fertile, gramineum, riguum, pratense, ac roridum: quale esset agri Tarentini, ac Mantuani Bersman. TVERI) alere, educare. FOETVS OVIVM) agnas. Eclog. 1. quo sæpe solemus Pastores ouium teneros depellere fœtus. Veliplas oues. VRENTES CVLTA CAPELLAS) Morsus capræ arbori exitialis. Oleam lambendo sterilem facit, eaq; ex causâ Mineruæ immolatur. Plin. lib. 8. cap. 50. & 17. cap. 24. Quædam pecudes cultura sunt inimicæ ac veneno, vt istæ (quas modo dixi) capræ. Hæ enim omnia nouella lata carpando corrumpunt, non minimum vites atque oleas. Varro lib. 1. cap. 2. At ibidem contra Plinium ait, Mineruæ caprini generis nihil immolari, quia dea hoc animal oderit. Idem lib. 2. cap. 3. ob hoc in lege locationis fundi excipi solet, ne colonus capra natum in fundo pascat. Harum enim dentes inimici fationis: quas etiam Astrologi ita receperunt in cælum, vt extra limbum duodecim signorum excluderint. SATVRI TARENTI) aut fœcundi, aut vt loci sit vicini Tarentinorum finibus notatio, quæ Satureum appellant. Atque Tarentum, ac Saturum vicinas fuisse vrbes, Seruius annotauit. Tarentina pascua, & pecus Tarentinum celebrantur etiam à Columella, ac lanam Tarentinam prædicat Plin. lib. 8. cap. 48. INFELIX MANTVA) παθητική patriæ mentio, ex recordatione agrorum, quos Mantuanis ademit Augustus. Vnde Eclog. 9. exclamat. Mantua v. a misera nimium vicina Cremona. Nec vero pascuis solum abundare Mantuanum agrum ostendit, sed etiam fontibus, & fluminibus esse irriguum ad adaquandum pecora. HERBOSO FLVMINE CYGNOS) Expressit epitheton Homericum, qui ποταμὸν λεχεποῖνον dixit. De cygnis autem Aristoteles lib. 9. de histor. animal. καὶ οἱ κύκνοι μὲν εἰσὶ τῶν σερανοπόδων, καὶ βιοτένυσσι δὲ περὶ λίμνας καὶ ἕλη. Vrsinus. LONGIS DIEBVS) æstiuus, quo tempore sunt exiguæ, id est, breues noctes. Magnum argumentum fœcunditatis. Bersman. NIGRA FERRE ET PRESSO)

PRESSO) Nunc de solo frumentis idoneo, quale est nigrum, pingue, putre, nouale. Quem quæso horum veruuum interpretem meliorem Columella inuenimus? Eius verba sunt lib. 2. cap. 2. Sed ex his nihil non melius resoluta humo, quam densa prouenit. Quod noster quoque Virgilius cum & alias fecundi arui laudes retulisset, adiecit, *Et cui putre solum, namq; hoc imitamur arando.* Neq; enim aliud est colere, quam resoluere, & fermentare terram: ideoque maximos quæstus ager præbet. Idem pinguis ac putris, quia cum plurimum reddat, minimum poscit: & quod postulat, exiguo labore, atq; impensa conficitur. Caro ita scribit. Ni ager crassus, & latus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet. **NAM Q. HOC IMITAR.**) Non valere mihi hoc videtur id, quod putauit Seruius, qui ita explicat. Hæc arando inspicimus, & videre solemus: sic enim ipse locum accipiendum arbitror. Terram illam cui putre solum, optimam esse frumentis, indicat studium nostrum subigendi glebas, & ars deniq; aratorum: conamur enim terram solutam, putremq; reddere, & cum hoc præstiterimus, videmur nobis officio nostro functi esse, atq; vbertatem frugum expectare posse. Terra igitur, quæ iua visponteque habet id, quod nos arte, laboreque nostro illi afferimus, idonea esse percipitur: ars enim naturam imitatur. Sed etiam Columell. perspicitur hoc pacto locum accepisse. **VICTOR. lib. II. cap. 23. AVT VNDE IRATVS**) Sed enim nouale etiam producendis frugibus non inutile est. Nam sæpe agricolæ dumos, & vepres atq; arbuta, in quibus solummodò aues nidificat, iarculis, rastriisque excidunt, & stirpitus eradicant. Quibus auulsis, dissipatisque nidis, & solo aratris proficillo, ager frumentarius, & optimus efficitur, & fertilitate sua quasi nouam speciem induit. **ANTIQUAS Q. D. AVIVM**) Lucret. lib. I. *Frondiserasq; domos auium,* quem pro sollempni suo imitatus est Maro. Quid autem vates omnium diligentissimus, & oculatissimus in vetustis poetis, cum Græcis, tum Latinis, aut sententia, aut verbis egregium non imitatur? **NAM IEVN. QVIDEM. C. G. R.**) Nam quæ terra glareosa, & cliuosa est, ea vix apibus casias, & rorem subministrare, nedum fruges hominibus, aut pabula pecudibus exhibere potest. Quæ verò tophacea, & cretosa est, ea plerumque tantum serpentibus cibos, & latebras præstare nata est: frumentis autem proferendis ineptissima est. Ita per antithesin illustrari cernis, quod supra de agro frumentifero fuit expositum. Glarea Columellæ est terra scruposa, qualem littus, & ripæ habent: vel certe calculi illi, quibus riui abundant. Ieiuna glareæ, est arida, sicca, macra. **QVÆ TEN. EXHALNEB.**) Epilogus est eorum, quæ de solo oleario, vinaceo, pascuo, frumentario hæctenus exposuit. Et nunc quasi communiter illis vniuersis terram inferuentem, atq; idoneam proponit, eamque notis quibusdam, tanquam adiunctis ipsius describit, cum vno illam nomine exprimere non posset. Atq; vt hoc ipsum explicet *ἄγρῳ μακρῷ*, exemplum terræ his omnibus fructibus apposita proponit agrum Capuanum: deinde qui Vesunium attingit: & tandem, qui Acerris est proximus. At si quod solum inquit nebulosum & humidum sit: si multum humoris imbibat, rursusque emittat: si herbis atque graminibus sese semper operiat: si denique nulla scabie, vel faldedine infectum sit: neque vllam ferro rubiginem obducatur, hoc & oleis, vitibusque conferendis, & pecudibus pascendis, & fru-

mentis producendis ex æquo accommodatum erit. Et tale quidem solum est Campaniæ, iuxta Capuam, & morem Vesunium, itemque ad ripas Clani, iuxta Acerras, quam urbem crebris inundationibus propemodum vacuefecit ille fluuius. **FVMO S. Q. VOL.**) Lucretium æmulatus est lib. 5. vterque autem Euripidem, in eo, quod puluerem, & fumum volentem faciunt, seu volare dicunt.

*Principio pars terrai nonnulla perusta
Solibus assiduis, multa pulsata pedum vi,
Pulueris exhalat nebulam, nubesq; volantes.*

INTEX. VITIBVS VLMOS) pro intextet vites vlmis, hypallage. Columella lib. 9. cap. 8. Vites maxime gaudent arboribus, quia naturaliter in sublime procedunt, & materias ampliores creant, & fructum æqualiter percoquant. Hæc genus vitium arbutium vocamus. **TALEM DIVES AR.**) Scriptum in quodam commentario reperi, inquit Gell. lib. 7. cap. 20. versus istos ita primum à Virgilio esse recitados, atque editos. *Talem diues arat, Capua, & vicina Veseno Nola iugo.* Postea Virgilium petiisse à Nolanis aquam, vt duceret in propinquum rus: Nolanos beneficium petitem non fecisse: poetam offensum, nomen urbis eorum, quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo detraxisse, oraque pro Nola mutasse. Ea res vera an falsa sit, non laboro: quin tamen melius, suauiusque ad aures sit, ora, quam Nola, dubium id non est. Nam vocalis in priore versu extrema, eadem in sequenti prima, canoro, simulque iucundo hiatu tractim sonat. Plura eod. cap. de suauitate ex hiatibus.

Non possum non ridere opinionem, vel asseuerationem potius eorum, qui dicunt, fuisse à Virgilio scriptum *vicina Veseno Nola iugo*, mutatum verò post, ob denegatam ruri eius sitienti aquam. Neque enim Virgilius, qui Nolanum agrum planè sterilem nosset, minimeque triticum alere, sed milij solius, & secalæ feracem, inter fertiles numerasset, Campanoque coniunxisset: quin vicinam oram nominans, campos innuit Acerranos, qui sub ipsum iacent Vesuum, occasum versus, suntque fertillissimi. Suos igitur numeros, suorumque concentuum suauitatem sequebatur, cum scripsit, *vicina Veseno ora iugo.* Iouian. Actio. * *Sannazarius nihilominus ad vulgata opinionem, quam Gellius prodidit, respexit, cum in Nolan urbem, propter Virgilium, & Iouianum suum abeasos, hoc salis plenum epigramma composuit.*

Infernum Musis nomen, malè grata petenti
Virgilio optatam Nola negavit aquam.
Noluit hæc eadem Iouiano rustica vari
Hospitium parua contribuisse moræ.
Idcirco nimirum hoc dicta est nomine Nola,
Noluerit magnis quod placuisse viris.
At tibi pro scelere hoc cœnoscas fossa per agros
Exhaustit populos styx violenta tuos.
Iamque quid (ò nullis abolenda infamia sacris)
Imprecer? & cælum desit, & vnda tibi.

Nomen porro huius montis variè scribitur, Vesuuus, Veselius, Vesunius, Vesbius. Hinc Vesunia iuga, & Vesunia. De eo sic traditum reperio à Strabone, lib. 5. Vesunius mons, agris circum optimis: dempto vertice, qui magna sui parte planus, totus sterilis est, aspectu cinereus, cavernasq; ostendens fistularum plenas, & lapidum colore fuliginoso, & spore ab igni exesorum: si cõiecturam facere possis, illa loca quondam arsisse, & crateras ignis habuisse, deinde materia deficiente restincta fuisse. Fortasse hæc etiam causa est fertilitatis locorum circumiacentium. Quemadmodum Catania perhibent partes qua cineribus ab Ætna igni sursum egressis fuerunt intecta, fuisse vni feraces redditas. Vide in super de incendiis, & natura montis huius Xiphilin. in Tiro.

Nunc, quo quamque modo possis cognoscere, dicam.
Rara sit, an supra morem si densa requiras:
(Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho:

- 230 Densa magis Cereri, rarissima quæq; Lyæo)
 Antè locum capies oculis, alteq; iubebis
 In solido puteum demitti, omnemq; repones
 Rursus humum, & pedibus summas æquabis arenas.
 Si deerunt, rarum, pecoriq; & vitibus almis
 Aptius vber erit: sin in sua posse negabunt
 235 Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis:
 Spissus ager: glebas cunctantes, crassaq; terga
 Exspecta, & validis terram proscinde iuuenis.

Per multa sunt terra qualitates, siue discrimina, de quibus Varro lib. 1. de re rust. cap. 9. De ysdem, & qua ratione cognoscenda sint, Columella lib. 2. cap. 2. Palladius lib. 1. tit. 5.] Persequitur ergo hæc differentias, dicitque cum ex substantia ipsorum, quæ ex raritate, ac densitate soli cuiusq; æstimari potest, tū ex qualitate, cuius index est sapor, tactus, atque color: denique ex pondere, quod grauitas arguit, & leuitas, fieri posse de arui cuiusque conditione, ac proprietate iudicium: vt ad quas res terra quæq; bona, aut non bona sit, constet. Bersman.

Antequam igitur nos explorare doceat densitatem terræ, monet densam propter partium compactiorem frumento: raram (cuius videlicet partes disiunctæ sunt inter se) vino aptiorem fore. Et est pulcherrima repetitio, quam & Seruius laudat. Cognoscemus igitur vtramuis qualitatem, si puteum, hoc est foueam, seu scrobem foderimus, terraq; egesta, eandem inculcando repleuerimus. Si deerit, raram intellige terram, aptamque pascuis, & vitiario. Si supererit, idoneam arationi, & sationi puta. Quid si æquauerit os scrobis? mediocre existima. Columella lib. 2. cap. 2. sed & si velis scrobibus egestam humum recondere inquit, & recalcare, cum aliquo quasi fermento abundauerit, certum erit eam esse pinguem: (ergo densam) cum defuerit, exilem: cum æquauerit, mediocre. Quanquam ista

quæ nunc retuli, non tam vera possunt videri, quam si sit pullula terra, prouentu frugum approbatur. ANTE LOCVM CAPIES) capere est eligere. i. Æneid. Aut capere, aut captas iam despectare videntur, de cygnis terras ex alto despectantibus, & eligentibus, vbi confideant. Terent. Hecyra cum illum generum capimus. Capere est etiam decipere, circumuenire. Lucill. lib. 27. At metuis porro ne aspectu & forma capiare. Cic. Horten. captum me fortasse, inquit, tu putas, & id quod nollem confiteri coactum. Nonius. TERRAM PROSCINDE) Vt poeta dixit terram proscindere, eodem modo locutus est Varro, lib. 1. de re rust. cap. 29. Rursum, terram cum primum arant, proscindere appellant. Et cap. 32. Cum proscideris, effringi oportet, id est, iterari, vt frangantur glebæ. Lucret. lib. 5. bidenti ingemere, & terram pressis proscindere aratris. Et rursum eodem lib. Et ferro capere solum proscindere terra. Lucil.

*Tunc iugo iungas me autem, & succedere aratro
 Inuitum, & glebas subigas proscindere ferro?*
 Plaut. Trinum.

*Primum omnium olim terra cum proscinditur,
 In quinto quoq; sulco moriuntur boves.*

Sic & scindere dicitur. Virgil. hoc ipso lib. Terq; quaterq; solum scindendum.

- 240 Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
 Frugibus infelix (ea nec mansuescit arando,
 Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat)
 Tale dabit specimen: tu spisso vimine qualos,
 Colaq; prælorum fumosis deripe tectis.
 Huc ager ille malus, dulcesq; à fontibus vndæ
 Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
 245 Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ.
 Et sapor indicium faciet manifestus, & ora
 Tristitia tentantum sensu torquebit amaror.

Quomodo salus, & amarus terræ sapor exploretur. Vincis, sicut verissime censet Celsus, optimum est solum nec densum nimis, nec resolutum, soluto tamen propius: nec exile, nec lætissimum, proximum tamen vberi: nec campestre, nec præceps: simile tamen edito campo: nec siccum, nec vliginosum: modicè tamen rosidum: quod fontibus non in summo, non in profundo terræ scaturiat: sed vt vicinum radicibus humorem subministret, eumque nec amarum, nec salsum, ne saporem vini corrumpat, & incrementa virentium veluti quadam scabra rubigine coercet, si modo credimus Virgilio dicenti, Salsa autem tellus, &c. Columella lib. 3. cap. 1. Idem lib. 2. cap. 2. sa-

lore sic terram dignoscemus. Si ex ea parte agri, quæ maximè displicebit, effossa glebæ, & in fictili vase madefactæ, dulci aqua permisceantur, ac more faculentis vini diligenter colatæ, gustu explorentur: nam qualem traditum ab eis retulerit humor saporem, talem dicemus eius soli. NEC MANSUESCIT ARANDO) quia falsugo, & amaror cum semel infederint, non facile eliquantur. Ita superius, Exuerint fluestrem animum. Arando passiuè, vt, vritq; videndo femina 3. Georg. Et, cantando rumpitur anguis, Eclog. 8. & alia similiter apud alios. NEC BACCHO GENVS) Vno, & pomis degenerantibus. QVALOS) calathos, per quos vinum liquatur vuis. Hos igitur corbes non admodum laxos esse vult.

se vult. COLAQUE PRÆLORVM) Colum idem quod A
 qualus, à colando, quod mustum per illud defluens co-
 latur. Prælum est trabs, qua vva calcata, vel oliua pre-
 mirur. Nostri hodie in torcularibus vtuntur cochleis,
 per quarum capreolatos amfractus tollitur, demittiturq;
 prælum, aut lūculæ, aut rotæ versatione. Horat. Ode 21.
 lib. 1. *Cacubū, & prælo domitam Caleno Tu bibes vna.* DE-
 RIPE TECTIS) Solent enim huiusmodi instrumen-
 ta sub tectis seruari, ne pluuia corrumpantur. CALCEN-
 TVR AD PLENVM) Affatim subigantur. Horat. Ode.
 17. lib. 1.

*Manabit ad plenum benigno
 Ruris honorum opulenta cornu.*

ELVCTABITVR) destillando, cum mora egrediendo B
 guttatim defluet. SAVOR INDICIVM) Saporum ge-
 nera 13. reperiuntur, dulcis, suavis, pinguis, amarus, au-
 sterus, acer, acutus, acerbus, acidus, falsus. Lege cap. 27.
 lib. 15. apud Plin. in cuius extremo hæc sunt. Mirum, tria
 naturæ præcipua elementa sine sapore esse, sine odore,
 sine succo: aquas, aera, ignes. ORA TENTANTVM)
 linguam, & palatum periculum facientium terræ suspen-
 ctæ. SENSU TORQUEB. AMARO) Versum postremum
 plerique omnes sic legunt. Higynus tamen non hercle
 ignobilis Grammaticus, in comentarijs, quæ in Virgilio
 fecit, confirmat, & perseverat, non hoc à Virgilio
 relictum; sed quod ipse inuenit in libro, qui fuerit ex
 domo atque familia Virgilij: *& ora tristia tentantur*

sensu torquetur amaror. Neq; id soli Hygino, sed doctis
 etiam quibusdam viris complacitum, quoniam videtur
 absurdè dici: sapor sensu amaro torquet: cum ipse, in-
 quiunt, sapor sensum habeat: ac perinde sit, quasi dica-
 tur, sensus sensu amaro torquet. Sed enim cum Phauo-
 rino Higyni commentarium legissem, atque illi statim
 displicita esset insolentia, & insuauitas illius: *sensu tor-
 quebit amaro*: risit, & Iouem lapidem, inquit, (quod san-
 ctissimum iurandum est habitum) paratus sum ego
 iurare, Virgilium hoc nunquam scripsisse. Sed Higynum
 ego dicere verum arbitror. Non enim primus finxit
 hoc verbum Virgilius insolenter: sed in carminibus
 Lucretij inuentum est: nec aspernatus est auctoritatem
 poetæ ingenio, & facundia præcellentis. Verba ex lib. 4.
 hæc sunt.

*Deniq; in os falsi venit humor sape saporis,
 Cum mare versumur propter, dilutaq; contra
 Cum tuimur misceri absynthia, tangit amaror.*

Non verba autem sola, sed versus prope totos, & locos
 quoq; Lucretij plurimos secutum esse Virgilium vide-
 mus. Gell. lib. 1. cap. 21.

Quibus verbis ita à me emendatis, efficitur, vt
 Phauorinus sententiam Higyni probauerit: & hic Gel-
 lij in iudicando partes nullæ sint. Vtrumque contra iu-
 dicium, certe præter opinionem omnium eorum, qui
 hæctenus Gellium legerunt, aut de illis Virgilij carmini-
 bus differunt. Lud. Cario antiq. lect. 3. cap. 12.

Pinguis item quæ sit tellus, hoc deniq; pacto
 Discimus: haud vnquam manibus iactata fatiscit:
 350 Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.
 Humida maiores herbas alit ipsaq; iusto
 Lætior. ah nimium ne sit mihi fertilis illa,
 Neu se præualidam primis ostendat aristis.
 Quæ grauis est, ipso tacitam se pondere prodit:
 355 Quæq; leuis. promptum est oculis prædiscere nigram,
 Et quisquis color: at sceleratum exquirere frigus
 Difficile est: piceæ tantum, taxiq; nocentes
 Interdum, aut hederæ pandunt vestigia nigræ.

Accepimus de densa, rara, falsa & amara terra ex-
 ploranda & cognoscenda, nunc quod nam sit pinguis
 terræ argumentum discamus. Id nos Columella doce-
 bit lib. 2. cap. 2. conuenienter utiq; poetæ verbis. Itaque
 considerandum erit, vt solum quod excolere destina-
 mus, pingue sit. Per se tamen id parum est, si dulcedine
 caret, quod vtrumq; nobis satis expedita ratione con-
 tingit discere: nam perexigua conspergitur aqua gleba,
 manuq; subigitur. Ac si glutinosa est, & quouis leuis-
 simo tactu pressa inhærescit, & picis in more ad digitos
 lentescit habendo, vt ait Virgilius, eademq; illis hu-
 mo non dissipatur, ea res admonet nos, inesse tali ma-
 teriæ naturalem succum, & pinguitudinem. HABEN-
 D O) *μαθητικῶς*, dum habetur, dum versatur, tractatur, D
 manu scilicet. Sic supra, *ea nec mansuescit arando.* HV-
 MIDA MAIORES HERBAS) Humidæ terræ indicium
 capere iubet ab herbarum, & culmorum proceritate
 luxuriante magis, quam granorum benigno prouentu
 votis agricolæ respondente: id quod annis humidiori-
 bus vsuuenire docet experientia. Plin. hoc indicium ar-
 guit, vt non satis certum, lib. 17. cap. 4. his verbis. Nec
 semper aquosa est terra, cui proceritas herbarum, non
 herclæ magis, quam pinguis, adhærens digitis, quod in

argillis arguitur. QVÆ GRAVIS EST) Quæ terra gra-
 uis, aut leuis sit, ipso pondere cognoscitur: color eius,
 siue niger, siue albus, siue quis alius, oculis diiudicatur.
 SCELERAT. EXQVIR. FRIG. DIFF.) Omnium diffi-
 cillimè frigiditas terræ exquiritur. Sed tamen circa hu-
 ius experimentum quædam sunt, quæ frigidam terram si-
 gnificat: vt taxus, & picea, & hederæ nigra, & quæ in il-
 lo solo enascuntur similia. Sceleratum frigus, inquit
 Erythraus in Indice, iracundè poeta dixit vt pote cor-
 poris imbecillioris, vt eius vim, quam aliquando gra-
 uiolem experiebatur, hoc vocabulo infamaret, quia
 cunctam enecat penetrando. Sic & hastam scelera-
 tam, quæ perforando interficit. Nam & ipse alibi pe-
 netrabile frigus, quod Lucretius tum penetrabile, tum
 manale pari ratione vocat. Vel certè sit hæc Mantuanitas
 quædam, vt D. Hieronymus notat, in epist. ad Pauli-
 num, quod consuetudine patriæ sceleratū frigus dixerit.
 [Sic ille beatus, Virgilius alter Homerus apud nos, patriæ suæ sequens
 consuetudinem, sceleratum frigus appellat.] Adde, in huiusmo-
 di etiam esse posse hastam sceleratam. Nec mirum, quod
 de Mantuanitate obseruatum est. Habet enim vnaqueq;
 ciuitas, quid ciuitas? immò ciuitatis regio, quid regio?
 immò ciuium ordo suos quosdam Atticismos, & pro-

prias loquendi rationes, rerumque priuata vocabula, & quæ sequuntur in voce *sceleratum*. De frigore multa Rhodigin. lib. 29. cap. 7. & 8. HÆDE. NIGRÆ) Variæ sunt

species hederæ, quas in Horto explicat Carolus Stephanus. Vide eius Prædium rusticum. Diximus nonnihil Eclog. 7. ad illud, *Pastores hederæ*, num. 152.

- His animaduersis, terram multo ante memento
 260 Excoquere, & magnos scrobibus concidere montes.
 Antè supinatas Aquiloni ostendere glebas,
 Quam lætum infodias vitis genus. optima putri
 Arua solo: id venti curant, gelidæq; pruina,
 Et labefacta mouens robustus iugera fossor.
 265 At si quos haud vlla viros vigilantia fugit,
 Antè locum similem exquirunt, vbi prima paretur
 Arboribus seges, & quò mox digesta feratur:
 Mutata ignorent subitò ne semina matrem.
 Quin etiam cæli regionem in cortice signant:
 270 Vt quo quæq; modo steterit, qua parte calores
 Austrinos tulerit, qua terga obuenterit axi,
 Restituant. A DEO IN TENERIS CONSVESCERE MVLTVM EST.

Dicamus hanc esse quintam huius libri partem, in qua de conferenda vinea nouella agitur, & de conuersione. Quædam etiam de vinea, seu vitibus secundandis adiunguntur. Ergo primum præceptum iubet pastinatione, seu fossione vitiariorum solum præparare.] His rebus probè obseruatis, quas in cultu arborum animaduertendas esse diximus: facilius, multoq; commodius vites, & vineas conferes. Itaque nunc deinceps ad vitium, vinearumque culturam, quam huius libri alteram quasi partem fecimus, non intempestiuè accedimus. Principiò igitur, qui vinetum, vel arbuſtum constituere volet, præfodere scrobes antè debet, quàm vites inferat: & si fieri possit, multò antè, vno anno, vt vult Columella, donec pingui cespite obducantur. Ita enim tellus sole, pluuiisq; macerabitur: & quod positum est, citò comprehendet. Nam quò plus fuerint resolutæ glebæ à fossoribus, & quò plus à ventis, pruiniisq; excoctæ, hoc erunt lautiores, lapidioresque fructus. In insitione autem vitium, priusquam scrobibus infodiantur, seminarij cura, ratioque diligens habenda est, vt sit soli illius simile, in quod transferentur semina: ne viuiradices degenerent. Ideoque prudentes, & perspicaces coloni ante omnia seminarij solum exquirunt, in quo semina vitium nouellarum conferant, & ex quo rursus in aliud solum transferant. Et quia indulgentiorem nutricem, quàm matrem esse sæpe conuenit: idcirco semen in similem terram, aut meliorem transplantari oportet. **MONTES**) montanum vinetum. **SUPIN.**) inuertas. **FOSSOR**) vinitor. **ANTE LOCVM SIM.**) Alterum præceptum mandat obseruare solum, in quod arborum, aut vitium semina transferenda sunt, quod ei debet esse simile, vnde transferuntur. Et hæc res homines diligentes ac vigilantes minimè præterit. **PRIMA ARB. SEGES**) Per segetem intelligit seminarij. Est autem seminarij locus subactus, in quo semina vitium arborumue panguntur: vt cum ad certam magnitudinem excreuerint, in vinetum, vel arbuſtum, vel pomarium transferantur: quo tempore quæ prius semina dicebantur, viuiradices vocantur: id est, plantulæ cum sua radice translata in aliud solum. Græcè *φύτευθελον* dicitur. De seminarij vitiariorum, & arbuſtiorum Columella lib. 3. Qui vineam, vel arbuſtum constituere volet, seminaria prius facere debet. Sic enim sciet, cuius generis vitem positurus sit. Nam quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidem nõ

habet: quoniam dubium est, an is qui vendidit, legendis seminibus adhibuerit diligentiam. Semina Columella appellat non grana, sed furculos depactos, qui dum radices egerunt, in vinetum transferuntur. Idem paulò post. Optimum est itaque eodem agro, quo vitem positurus est, vel certè vicino facere seminarij. Idem lib. 5. de olea loquens. Semina lege crassa, non minus quàm manubrium bidentis, recta, leuia, procera, sine vlcibus, integro libro: ea bene & celeriter comprehendunt. Semina huiusmodi aliquando etiam plantæ dicuntur, & seminaria plantaria. Plin. lib. 13. de plantis verba faciens. Ergo plantaria instituunt, anniculosq; transferunt, & iterum bimas: gaudent enim mutatione fedis. Et lib. 15. At nunc etiam in plantariis serunt oleas, translatarumq; altero anno decerpuntur bacca. Idem de stolonibus, & arborum sobole. Omnia ea non statim moris est in sua locari, sed prius nutrici dari, atque in seminariis adolere, iterumque migrare. Nutricem appellat Plinius seminarij, in quo tenella adhuc semina educanda depanguntur, deponunturque. Idem alibi. Quamobrem & seminarij curam ante conuenit duci, quàm tranſeatur ad alia genera. Nam & huic principiò eligi solum refert: quoniam nutricem indulgentiorem esse quàm matrem, sæpe conuenit. Hæc ex Budæo in Pand. vnde satis quæ sit Virgilij mens, intellectum puto. **CÆLI REG. IN CORT. SIG.**) Tertium præceptum. Obseruabunt vinitores, vt semina de vitibus notatis legant. Nam vites, priusquam transferantur, rubrica notare conuenit: vt, cum serentur, easdem cæli partes accipiant, quas etiam in seminarij conspexerant: vt neque aquiloniæ meridianis oppositæ solibus findantur, aut algeant meridianæ aquilonibus. Plurimum etiam refert, vt eam partem cæli spectent, cui à tenero consueuerunt. Est ergo hoc tertium præceptum, vt in transferendis seminibus similis cæli status & plaga obseruetur. **A TENERIS CONSVES.**) In aliis exemplaribus scriptum est *à teneris assuescere*. Sane nihil maius est assuetudine, id quotidiana experientia docet: & quotidiano proverbio docemur, quo dicimus, consuetudinem esse alteram naturam. Transit enim in naturam id demum, cui assueuimus. Proinde Naso, & *quanquam nihil assuetudine maius*. Et alibi. *Quod male fers, assuesce, feres bene*. Memor autem Virgilius, ad ed mul.

multum esse à teneris assuescere, & in brutis etiam ani-

mantibus locum habere, cecinit lib.3. Georg.
*Tu quos ad studium, atq; vsum formabis agrestem,
Iam vitulos hortare, viamq; insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis aetas.*

Sententiam à Theophrasto desumptam monuit Vrsin.
ex lib.3. περὶ φυτῶν αἰτιῶν. Sic enim ait. ἰσχυρὸν γὰρ ὡσπερ ἐν
τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν ταῖς τοῖς εἰδῶν, οἷον γὰρ φύσις γίνεται. Et lib.
4. γέγονε γὰρ οἷον φύσις τὸ εἶδος. Consuetudo altera na-
tura.

Aristoteles lib. 2. Rhetor. disputans de iucundis,
docet ea iucunda esse, quæ vel secundum naturam sunt,
vel, quod huic proximū est, consueta. Nihil enim inter-

esse putat inter naturam & vsum, siue consuetudinem,
nisi quod interest inter semper, & plerumq;. Perpetu-
um enim est, quod indidit natura: frequens, quod vsum
affixit. Idem lib.2. Nicomachiorum cap.1. ἢ μικρὸν ἐν δια-
φέρει τὸ ἕτος ἢ ἕτος εὐδὺς ἐκ νέων ἐδίξεσθαι, ἀλλὰ παμπολὸν,
μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. Id est. Itaque non parum refert, hoc an
illo pacto protinus à pueris consueciamus: immo plu-
rimum interest, vel omne potius in eo momentū est si-
tum. Quare sanctissimum consilium dedit, qui iussit,
vt à teneris statim annis optima eligamus, quæ post, vsum
futura sint etiam iucunda. Haud dissimile Virgiliano
Horatianum illud, *Quo semel est imbuta recens, seruabit
odorem Testa diu.* Chiliad.

- Collibus, an plano melius sit ponere vites,
- Quære prius. si pinguis agros metabere campi,
- 275 Densa fere: in denso non segnior vberere Bacchus.
- Sin tumulis accliuè solum, collesq; supinos,
- Indulge ordinibus: nec fecius omnis in vnguem
- Arboribus positis secto via limite quadret.
- Vt sæpe ingenti bello cum longa cohortes
- 280 Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
- Directæq; acies, ac latè fluctuat omnis
- Aere renidenti tellus: nec dum horrida miscent
- Prælia, sed dubius medijs Mars errat in armis:
- Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:
- 285 Non animum modò vti pascat prospectus inanem,
- Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
- Terra, neq; in vacuum poterunt se extendere rami.

Quartum præceptum de interuallis vitium. Sed & hoc non parum interest in satione obseruare, vtrum
collibus, an plano campo vites dispositurus sis. Nam si
campestres, & vliginosos agros possidebis, denso ordine
vites ibi conferes: sin vero colles, & accliuè tumulos
vineis occupaueris, raris indulgeto ordinibus, & vites
sectis viarum internodijs, per quinos pedes in quin-
cuncem disponito, veluti aciem quandam militum. IN
DENSO VBERERE) Suprà *Quig, frequens herbis, & ferti-
lis vberere campus.* Æneid. 1. *Terra antiqua, potens armis
atq; vberere gleba.* Et alibi præterea. Vide quæ super hac
voce annotauimus in 3. Æneid. ibi, *quæ vos à stirpe pa-
rentum. Primat ulit tellus, eadem vos vberere lato. Accipi.
at reduces.* INDVLGE ORDINI.) Indulgere valet addictum
esse, vehementius studere, & propensè incumbere. Cic.
in Lælio. Videre licet eos prosperis rebus immutari,
sperni ab ijs veteres amicitias, indulgeri nouis. Quintil.
lib.10. cap.1. Non multum indulgere eloquentiæ Stoici
veteres, ἢ ἄλλαν προσέδεντο, Bud. in Pand.

Quamobrem vites ita in ordinem disponendæ vi-
deantur, infra ponitur ratio. *Omnia sic paribus, &c.* Huc
facit quod apud Varronem de re rust. lib.1. cap.7. vitibus
& arboribus communiter Scrofa differit, & quam affe-
rat in ijs ordo vtilitatem, ostendit. De formæ culturæ hoc
dico, quæ specie fiant venustiora, sequi, vt maiore quo-
que fructu sint: vt qui habent arbusta, si fata sunt in quin-
cuncem, propter ordines atque interualla modica. Ita-
que maiores nostri ex aruo æquè magno, sed malè
confito, & minus multum, & minus bonum faciebant
vinum: quod quæ suo quicq; loco sunt posita, ea minus
loci occupant, & minus officit aliud alij ab sole, ac luna,

& vnto. VT SÆPE IN BELLO) Quam decens sit or-
do in vitibus, de quo præcepit, quamq; commodus, ab
exercitu disposito ducta similitudine demonstrat, qua
certe accomodatiorè inuenire minimè poterat. Cum
manipulis, & cohortibus in legione explicatis dum di-
sposituram arborum vitiumue confert, non est dubitan-
dum, quin eas in quincuncem seri præcipiat. Aptè huc
Plin. lib.17. cap.11. In disponendis arboribus arbustisq;
ac vineis quincuncialis ordinum ratio vulgata & neces-
saria, non perflatu modò, verum & aspectu grata, quo-
cunque modo intueare, in ordinem se porrigente
versu.

Vt enim bonus imperator productos ad pugnam
C milites apte collocat, & confertam multitudinem sic
explicat, vt iustum in acie inter singulos homines spati-
um interueniat, & in congressu neuter alterum impe-
diat: sic etiam prudens agricola in posito vitium con-
uenientem tenebit ordinem, & spatia vitium, seu in-
ternodia aptè dimetietur. Non est porò dubium, quin
locus hic ab illo Lucretij lib. 2. ductus sit.

*Præterea magna legiones cum loca cursu
Camporum complent, belli simulacra cientes:
Et circum volitant equites, mediosq; repente
Transmittunt valido quatientes impete campos:
Fulgur ibi ad calum se tollit, totaq; circum
Aere renidescit tellus, subterq; virum vi
Excitur pedibus sonitus, clamoreq; montes
Icti reiectant voces ad sidera mundi.*

Et Xenophon, qui & ipse, quod de ordine pronuncia-
uit, ὅτι ὅτιν ἐδὲν ἕτως ἢ ἕχρησον, ἕτε κελὸν ἀνδράποισ, ὅς ἢ
τάξίς,

τάξις, exemplari demonstratione tum chori canentium, tum exercitus instructi ponit ob oculos in Oeconomico. COHORTES EXPLICVIT LEGIO) Cohors origine graecanica est, & χόρτη illis περιείσμου & περιχώρημα, siue, vt Helychius, περιέβολος τῆς ἀλλῆς. quod clausum & septum in anteriore domo, vel villa. Latini dixerunt cohortem, vel chortem. Varro deriuat etiam a coercendo lib. 4. de lin. latin. quod circa eum locum pecus coerceretur. Ab hac rustica etiā militarē dedit, quod vt in villa ex pluribus rectoris coniungitur, & quiddam sit vnum, sic hæc ex manipulis copulatur cohors. E tribus scilicet manipulis, &c. Lipsius de Milit. Rom. li. 2. dial. 4. LATE FLUCT.) vt Euripid. qui βρέματα σερατῶ, & βρόντα σερατῶν dixit, sicut Æschylus κῦμα σερατῶ, Xenophon τεύμα κυμαίων, fluctuum enim in mari sibi succedētium quandam imaginem sic dispositus exhibet exercitus. AERE RENIDENTI) geminata, seu repetita est syllaba, & iteratus sonus, vt etiam 2. Æneid. *Quæ tanta tenere mora?* Lucret. lib. 5. *Sic quos ante domi domitos satis esse putabant.* Similia sunt apud alios exempla plurima. Factitarunt id crebrò veteres, nec poetæ duntaxat, verùm oratores, & historici quoq;. Nec reprehendenda fuerit

A moderata eorum in hoc genere imitatio. Germa. & alij. *Aere renidenti, inquit poeta. In mirab. narrat scriptum ab Aristotele mirabile quiddam de are Indico, adeo splendidum, purum, sincerumq;, apud eos reperiri, ut colore & specie nequaquam ab auro discerni queat: Unde & inter Darij pocula cados quosdam esse, qui nisi olfactus indicio ab auro distare non cognoscantur.* DVBIVS, MARS ERRAT) quia Mars communis, propter incertos belli exitus. Homero ξυδὸς ἐνυάλιο. NON ANIM. MODO VTI) Observatio hæc interuallorum non tantum venusta est ad aspectum, sed etiam vtilitatem coniunctam habet, quoniam arbores vel vites ita dispositæ, ad se succum è terra æqualiter trahunt, ramosq; latius propagant, per patulum, & apertum scilicet, qui alioqui in conferta densitate suffocantur. PARIB. NUM.) paribus spatiis, interuodiis, interuallis. NUMERIS DIMEN. VIARVM) Cyrus apud Xenophontem. Ταῦτα τοίνυν, ὁ λυσάνδρος, ἐργάσασθαι κελεύει, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, καὶ διὰ μέτρον, καὶ διὰ τάξιν. Et paulò antè. πολλὸν δὲ μᾶλλον ἀγαμαίῃ καταμετρήσαντός σου, καὶ διατάξαντός. Cic. Atqui ego ista sum omnia dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio. ANIMVM INANEM) hypallage, prospectus enim est inanis. Æneid. 1. atq; *animum pictura pascit inani.*

Forfitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras.

Ausim vel tenui vitem committere sulco:

290 Altius, ac penitus terræ defigitur arbor:

Æsculus in primis, quæ quantum vertice ad auras

Ætherias, tantum radice in tartara tendit.

Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; imbres

Conuellunt: immota manet, multosq; per annos

295 Multa virum voluens durando sæcula vincit.

Tum fortes latè ramos, & brachia tendens

Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbra.

Quinto loco de scrobibus præcipitur, & quanta eorum debeat esse altitudo ostenditur. QVÆ SINT FAST. Fastigium & summæ, & infimæ partis possumus dicere: sicut altum & mare, & cælum dicimus. Hinc est, *cælumq; profundum*, cum & puteus sit profundus. Seruius. Fastigia, ima altitudo. Varro de re rust. lib. 1. Fossa ita idonea fiat, vt omnem aquam, quæ de cælo venit, recipere possit, aut fastigium habeat, vt exeat è fundo aggeris. Ita Nonius.

De altitudine scrobium varia est opinio. Plin. lib. 17. cap. 11. non altiores quino semipede, nec latiores duobus pedibus, nusquam verò sesquipede minus altos: vbi varias auctorum sententias recenset. Ibid. cap. 19. In aquosis neq; altos, neq; amplos facere conuenit: aliter æstuoso solo & sicco, vt quam maximè accipiant aquam, contineantq;. Idem cap. 22. Scrobibus latitudo est ternorum pedum in quamcunq; partem: altitudo in quocunq; genere tripedalis. Columella lib. 4. cap. 1. disputat aduersus Atticum & Celsum, non esse satis altos scrobes bipedaneos vineaticis seminibus. De forma etiam scrobis ita præcipit lib. 5. cap. 10. sed scrobs clibano similis sit, cuius inum summo patentius est, vt laxius radices

vagentur, ac minus frigoris hyeme, minusque æstate vaporis per angustum os penetret. ALTIVS AC PENITVS) In scrobibus arborum ponendarum attendendum est ad diuersitatem earum profundè, vel minus profundè radices agentium. Proponit exemplum æsculi, quæ radices agit altissimas, neq; vllis ventorum flatibus conuelli potest, multaque sæcula perdurat. Sæculum est spatium 100. annorum, dictum à sene, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarunt, vt Varro inquit. De scrobibus arborum lib. 5. cap. 10. & Plin. lib. 17. cap. 11. De ætatibus autem arborum vide eundem Plin. lib. 16. cap. 44. Versus de æsculo iterantur lib. 4. Æneid. vbi Æneæ inexpugnabilis aduersum blanditias mulieres constantia exprimitur. MULTOS Q. PER ANNOS) Doctrina Nonij est, quoties per accusatiuum casum annos vel dies loquimur, iuges annos, vel dies significari. Quoties per ablatiuum, per interuallum interiectis aliquibus annis vel diebus. Itaque qui optantes, multis annis dicunt, multos annos melius dicerent. Recitat deinde hos Virgilij versus, & rem pluribus auctorum locis clariorem facit.

Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem:

Neue inter vites corylum sere: neue flagella

300 Summa pete, aut summas defringe ex arbore plantas:

(Tantus amor terræ) neu ferro læde reufo

Semina: neue oleæ syluestres infere truncos.

Nam

390
391
392
NEVE TIBI
quo veter verius
caloris nimirum
11. Quæ cuncta
suffragatur etiam
stare debeant
me probante
occulum: Tr
ndianam cen
diant: Dem
septentrion
mas fieri vi
Nobis in vr
in locis frig
orienti adu
eunq;, vel
ones prædic
ni, vel fauon
cjs, vt Ægyp
opponentur
ga, vel regio
ctus, vineis c
ficatio angul
tum compl
rum vinearu
atur. Carol
TES CORV
re inter vites
Sua, siue q
numerolæ vi
earum interco
arbores vmbra
Plinio. Doct
quod numerat
de ferro acuto
dendis. Decim
bustinas non e
sententia. Præ
nat: quæ nisi p
Semina autem
quia hæc maxim
sunt, ideo meli
mitibus ne d
celerimè com
nescunt. Qu
mo. Nam ob
tur. Et quema
antea prohibu
Nam læpe ma

Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis,
 Qui furtim pingui primùm sub cortice tectus
 305 Robora comprehendit, frondesq; elapsus in altas
 Ingentem cælo sonitum dedit: inde secutus
 Perramos victor, perq; alta cacumina regnat,
 Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram
 At cælum picea crassus caligine nubem:
 310 Præsertim si tempestas à vertice syluis
 Incubuit, glomeratq; ferens incendia ventus.
 Hoc vbi, non à stirpe valent, cæsæq; reuerti
 Possunt, atq; ima similes reuirefcere terra:
 Infelix superat folijs oleaster amaris.

NEVE TIBI AD SOLEM) Sextum præceptum, A quo vetat versus occidentem spectare vineta, propter caloris nimirum solaris defectum. Columella lib. 3. cap. 12. Quæ cuncta (sicut ego reor) magis profunt, cum suffragatur etiam status cæli, cuius regionem quam spectare debeant vineæ, vetus est dissensio: Sæfæna maximè probante solis ortum, mox deinde meridiem, tum occasum: Tremellio Scrofa præcipuam positione meridiana censente: Virgilio de industria occasum repudiante: Democrito, & Magone laudantibus cæli plagam septentrionalem, quia existiment ei subiectas feracissimas fieri vineas, quæ tamen bonitate vini superentur. Nobis in vniuersum præcipere optimum visum est, vt in locis frigidis meridiano vineta subijciantur, tepidis orienti aduertantur, si tamen non infestabuntur austris, eurisq; velut oræ maritimæ in Bætica. Sin autem regiones prædictis ventis fuerint obnoxia, melius aquiloni, vel fauonio committetur: nam feruentibus provincijs, vt Ægypto, & Numidia, vni septentrioni rectius opponuntur. VERGANT VINETA) Vinetum est plaga, vel regio, aut magnus soli, vel terreni alicuius tractus, vineis confitus. Vineæ propria, peculiarisq; significatio angustior est: locum enim tantum vitibus confitum complectitur: vt quemadmodum vinetum ipsarum vinearum, ita etiam vinea ipsarum vitium dici videatur. Carol. Steph. in Prædio rust. NEVE INTER VITES CORYLV) Septimo præcepto vetat corylos serere inter vites, siue propter naturalem quandam ἀντιπαθέειαν, siue quod radices earum admodum confertæ, ac numerosæ vitibus detrimentum afferunt, alimentum earum intercipiendo. Et necant sanè inuicem inter sese arbores umbra, vel densitate, atq; alimenti rapina, teste Plinio. Docet item, ex qua parte vitis eligenda semina, quod numerari poterit octauum præceptum. Nonum de ferro acuto, non obtuso adhibendo in vitibus rescindendis. Decimum, oleam, aut oleastros inter vites arbutiuas non esse serendos. Bersman. Versuum hæc est sententia. Præterea corylum vitibus ne quis interponat: quæ nisi procul absit, tristis erit vitis atque ægra. Semina autem eligito à partibus vitium inferioribus: quia hæc maxime sunt genitales: & quia è terræ proximo sunt, ideo melius aluntur. Taleas, & malleolos à summitatibus ne defringito. Etsi enim in summa viti lecta celerrimè comprehendunt: tamen rursus celerrimè senescunt. Quæ semina leges, ea ferro recides acutissimo. Nam obtuso quassantur potius, quam amputantur. Et quemadmodum corylos vitibus interserere iam antea prohibui: ita nunc etiã oleastros interponi veto. Nam sæpe materiã, & occasione incendijs præbuerunt.

Quippe vbi pastores incauti scintillas quasdam in agro amilerint, illæ primùm oleastrorum cortices pinguiore apprehendunt: deinde per ramos latius paulatim serpunt: donec ad postremum, ipsum quoque verticem exuperent: & totum locum flammis, cælumq; atra caligine inuoluant: præsertim si ventus accedat, qui suo flatu ignem hinc inde disijciat. Quod si hoc eueniat, ipse demum oleastri erunt infæcundi, & steriles: neque reuirefcere, aut radices repullulare poterunt. TANTVS AMO TERRÆ) Quæ hinc ἡτὰ τὰ πρὸς τὸν οὐρανὸν inferuntur, quasi rationis subiectionem continent, qua indicatur, furculos prope terram rescindendos esse, quod hi terræ maximè sint assueti, atq; ideo celerius proueniant. NEV FERRO LÆDERET SEM.) Columella, deponere semina scrobibus, id est, furculos terra contegere. Semina huiuscemodi interdum plantæ dicuntur. Virgil. Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum Deposuit sulcis. Ipsa quoque seminaria vocantur nonnunquam plantaria. Virg. & vna sua plantaria terra. Plin. lib. 13. de palmis loquens. Ergo plantaria instituunt, anniculasque transferunt, & iterum bimas. Seminarium, in quo tenella adhuc semina educanda depanguntur, deponunturque, Plin. nutricem appellauit. Ex Budæo Carol. Steph. in Prædio rust. A VERTICE) Quamuis bonus auctor Seruius, non mihi persuadeat, valere hoc loco verticem Aquilonem. Cur namq; id magis Boreas, quàm Auster, alijq; venti detrimentum inferat? præsertim cum aciores sepe, turbulentioreq; Austri sint. Ego significari puto à vertice, à summis stirpibus, siue à superiore cæli parte: nam docet omni tempore in agro confito oleis posse grauiam ignem, negligenter illic relictum, importare, præcipuè autem, cum vehementiores aliqui venti spirant, qui oliuetis incumbunt, à summis olearum ramis primò flantes, ipsasq; quatientes, ac vicinis oleis admoventes: ex ardentibus namq; iam, incendioq; correptis, flammarum globos ad alia transfuehant, atq; ita integros ordines olearum absumunt: totosq; agros deuastant. Nã quod idem Grammaticus ferens interpretatur flans, ridiculum est: sine dubio enim poeta magnitudinè incommodi, maliq; quod nisi antea prouisum fuerit, accipitur, ostendens, inquit, vehementiorem vtrum ex alia in aliã stirpem flammã comportare, quod tranquillo cælo non fit, nisi paruum admodum interuallum inter oleas fuerit: tantum enim tunc ignis corripit illas, prope quas ab incautis pastoribus ignis relictus sit, aut exciderit. Ventu autem ferre incendia non paruum spatium solere certum est, atq; id etiam docet Aristot. lib. 3. de rebus superis, vbi de cõflagratione templi Dianæ Ephesiæ loquitur, quod ipsius tempestate incensum est: id enim tum apparuisse, Cc ab omni-

392

ab omnibusq; oculis cerni potuisse affirmat his verbis. *Α* πολλὰ γὰρ ἢ φλόξ ἐφέρετο συνεχῆς, ἀποσπαιμένη χυαίς. Cum etiam in describenda tempestate, quæ classem Æneæ quassauit, Virgilius cecinit,

Vnam qua Lycios sidumq; vehebat Orontem,

Ipseus ante oculos ingens a vertice pontus

In puppim ferit,

eodem (nisi fallor) modo caput, à verticeq; intellexit à

superiori altioreque siue naui, siue cæli parte, quod ne ipse quidem Seruius respuit: quamuis non vna hac interpretatione contentus sit: nam ait, à vertice, aut à puppi, quæ vertex naui est: aut Aquilone, qui flat à mundi vertice, hoc est à septentrione. Ventos vero à superiore cæli parte principium ortus ducere certum est, testante hoc etiam Aristotele in 2. eorundem librorum. Victor. lib. 19. cap. 8.

315 Nectibi tam prudens quisquam persuadeat auctor,
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.

Rura gelu tum claudit hyems, nec femine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.

320 Candida venit auis longis inuisa colubris:
Prima vel Autumni sub frigora, cum rapidus sol
Nondum hyemem cōtingit equis, iam præterit æstas.

Vndecimum præceptum tempus denotat, & flatus ventorum vitibus ferendis accommodatum. Probat autem tempus vernum, & autumnale, flatusq; Austrinos, improbata hyeme, & flatibus Borealis, cum propter terram tum temporis congelatam non possit radix terræ affigi. Et verna quidem satio optima est, cum iam ciconiæ redeunt, si quidem ager pinguis fuerit, aut campestris, & vliginosa planicies. Sin exilis, atq; aridus campus: si macer, præruptusq; collis, autumno ferere conueniet: & quidem sub prima frigora, cum iam æstas præterijt, nec dum hyems incipit. **CONCRETAM RADICEM** humidam, vel quia terræ concreuit. Radix cum in arbore tum in alia quauis planta, secundum Theophrastum est id, quo alimentum à terra attrahitur. Volunt quidam, inde dicta, quod sæpius effossa terra parumper radatur, vt arbor fruticescat. Quæ illi circumquaq; adherent, quibusq; tanquam lacertis nititur, & terram vndique comprehendit, capillamenta vocantur, à Plinio etiam fibræ. **VERERVBENTI** supra, purpureum dixit, propter solem tum clarius splendentem. **CANDIDA AVIS LONGIS. I. C.** Periphrasis est ciconiæ ex suis adiunctis. Ciconiæ quonam è loco veniant, aut quo se referant, incompertum adhuc est. E longinquo venire non dubium, eodem, quo grues, modo: illas hyemis,

has æstatis aduenas. Abitura congregantur in loco certo: comitataq; sic, vt nulla sui generis relinquatur, nisi captiua, & serua, ceu lege, prædicta die recedunt. Nemo vidit agmen discedentium, cum discessurum appareat: nec venire, sed venisse cernimus: vtrumq; nocturnis fit temporibus. Et quamuis vltra citraue peruolent, nunquam tamen aduenisse vsquam, nisi noctu existimantur, &c. Honos ijs serpentium exitio tantus, vt in Thessalia capitale fuerit occidisse. Plin. lib. 10. cap. 23. Eam Petronius Arbiter istis epithetis afficit. Pietaticultrix, gracilipes, choralistria, exulhyemis. Meminit Crint. lib. 4. cap. 13. Verni temporis hieroglyphicon est. **RAPIDVS SOL** Rapidus sol, propter incredibilem celeritatem, conuersionemq; rapidissimam. Cic. in Lucullo. Ille sol, qui tanta incitatione fertur, vt celeritas eius quanta sit, ne cogitari quidem possit, tamen nobis stare videtur. Iacob. Pont. **NONDVM HYEM. CONTINGEQVIS** Varro de ling. lib. 5. hiems, quod tum multi imbres. Hinc hibernacula, hibernum: vel quod tum anima, quæ flatur omnium apparet, ab hiatu hiems. Tempus secundum ver, quod tum virere incipiunt virgulta, ac vertere se tempus anni. Nisi quod Iones dicunt *εἴς*. Tertium ab æstu æstas. Hinc æstiuum. Nisi forte à græco *αἴθερα*. Quartum autumnus, reliqua desunt.

Veradeò frondi nemorum, ver utile syluis:

Vere tument terræ, & genitalia femina poscunt.

325 Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus.

Auia tum resonant auibus virgulta canoris:
Et venerem certis repetunt armenta diebus.

330 Parturit almus ager: Zephyriq; tepentibus auris
Laxant arua sinus: superat tener omnibus humor:
Inq; novos soles audent se gramina tutò

Credere: nec metuit surgentes pampinus Austros,
Aut actum cælo magnis Aquilonibus imbrem:

335 Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.
Non alios prima crescentis origine mundi

Illuxisse

Illuxisse dies, aliumque habuisse tenorem
 Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat
 Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri:
 340 Cum primum lucem pecudes hausere, virumque;
 Ferrea progenies duris caput extulit aruis:
 Immixtaque feræ syluis, & sidera cælo.
 Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,
 Si non tanta quies iret frigusque, caloremque;
 345 Inter, & exciperet cæli indulgentia terras.

Digressio in laudem verni temporis, ex varijs eius adiunctis, quod tum concipiunt plantæ, aues, pecudes, fruges, vites. Est enim ver (ait Theophrastus de caussis plantarum lib. 1. ca. 14.) tempus omnium viuacissimum, fecundissimumque: utpote quod humidum, calidumque naturâ sit. Cum hac autem descriptione veris Ovidianam, si placet, conferamus, ex Fast. lib. 1.

*Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas,
 Et noua de grauidæ palmite gemma tumet.
 Et modo formatis operitur frondibus arbor:
 Prodit & in summum seminis herba solum.
 Et tepidum volucres concentibus æra mulcent,
 Ludit & in pratis, luxuriatque pecus.
 Tunc blandi soles, ignotaque, prodit hirundo,
 Et luteum celsa sub trabe figit opus.
 Tunc patitur cultus ager, & renouatur aratro.
 Hæc anni nouitas iure vocanda fuit.*

Eandem anni tempestatem rursus depingit Fastor. lib. 3. *Quid, quod hyems, &c.* Et lib. 4. *Nec Veneri tempus, &c.* Est & apud eundem poetam sanè festiua descriptio, eleg. 12. lib. 3. Trist. Ad laudationem veris etiam pertinet principium Lucretij, & illi versus lib. 6. eiusdem.

*Et cum tempora se veris florentia pandunt.
 Frigore enim desunt ignes, ventique calore
 Deficiunt, neque sunt tam densa corpore nubes.*

Sed ne Horatium prætereamus, cuius sunt ista, Ode 4. lib. 1.

*Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni,
 Trahuntque, siccas machinae carinas.
 Ac neque iam stabulis gaudet pecus, aut arator igni,
 Nec prata canis albicant pruinis.
 Iam Cytherea chorus ducit Venus imminente luna,
 Iunctæque Nymphis Gratiae decentes
 Alternò terram quatunt pede, &c.*

Est item apud Anacreontem Oda scitissima de laudibus Veris, quam in Eclog. 3. ad illos versus descripsimus, *nunc omnis parturit arbor, Nunc frondent. syluæ, &c.* numer. 69. TUMENT TERRÆ) expressit Græcum verbum ὄργαν, quo verbo hoc ipsum, quod tradit hic poeta, Græci significant. Ductum autem id verbum est à partibus animantium, quæ manifestò appetentes coitus sunt, indeque ad res sensu carentes translatum. Idem autem alio verbo Virgil. cuius tandem eadem est notio, expressit, cum in 7. Eclog. inquit, *iam leto turgent, in palmite gemma.* Græci autem, qui suo verbo ὄργαν, intellectu hoc ipso vsi sunt, plures sunt. Theophrastus multis locis, è quibus hic est lib. 3. de caussis eorum, quæ è terra oriuntur, & videtur poeta locum hunc Græci scriptoris expressisse. ἀεὶ δὲ φευτέειν εἰς ὄργαν τὴν γῆν. Et Plutarch. lib. 3. Sympof. de taxo disputans, cuius umbra necat eos, qui sub ea dormierint, præsertim eo anni tempore, quo turgēt, & flores fundit. ἔταν ὄργαν φεύει τὴν ἀνθρώπων. Victor lib. 18. cap. 22.

At enim Turneb. lib. 25. cap. 30. illud *tument* à virginibus ductum ait, quarum plena pubertate habitus viro maturus est, toto corpore velut tumescente: præsertim pectore, & mammis. Vnde & tumida virginitas eleganter à Papinio lib. 2. Thebaid. dicitur, *tumida cum virginitate ingati Gaudia mente parant.* * *Explanatio hæc à priore, ut patet, non multum discrepat, & clarior est.* TUM PAT. OMNIP.) *Statis omnino huc respexit, ipsum in connubia terræ Æthera, cum pluuijs rarefcunt nubila, [soluo] Quemnam dicere deum verum oporteret, parum constitit veteribus.* Nam Thales Milesius, qui omnium primus de natura quæsiuit ac disputauit, aquam esse dixit, de qua omnia nata sunt. Deum autem esse mentem, quæ ex aqua cuncta formauerit. Pythagoras deum esse animum credidit, per vniuersas mundi partes, omnemque naturam commentem, atque diffusum: ex quo omnia quæ nascuntur animalia vitam capiant. Anaxagoras auctor est, deum esse infinitam mentem, quæ per se ipsam moueatur. Cleanthes, & Anaximenes æthera dicunt summum esse deum, cui opinioni poeta noster assensit. Lactant. lib. 1. cap. 5. Rhodig. lib. 21. cap. 34.

Sententiam Æschyli ex Danaidibus retulit. Verfus apud Athenæum citantur hi, & quidem perbelli.

*Ἐρᾶ μὲν ἀγνὸς ἕρως τρώσαι χθόνα,
 Ἐρως ἢ γαῖαν λαμβάνει γάμος τυχέιν,
 Ὁ μὲρ δ' ἀπ' εὐρέωντ' ἕρως πεισῶν,
 Ἐλυσε γαῖαν: ἢ δὲ τίλει βροτοῖς
 Μήλων τε βοσκὰς, καὶ βίον δημήτειον,
 Δένδρων τε τίς ὄρεα κνωτοῖσιν γάμος
 Τέλει δὲ τῶν δ' ἐγὼ καὶ βλάτι.*

Idem à Lucretio versibus luculentis scriptum est, sumptumque ex Euripide, sic dicente.

*Ἐρᾶ δ' ὁ σεμνὸς ἕρως πληρῶμεν
 Ὁ μὲρ, πεισῆν εἰς γαῖαν ἀφροδίτης ὑπὸ.
 Ὅταν ἢ συμμιχθῆτον εἰς ταύδον δύο,
 Φύσιν ἡμῖν πάντα, καὶ τρέφουσ' αἶμα.*

Arnob. lib. 5. Itaque qui dicit, cum sua concubuit Iupiter matre, non incestus significat, aut propudiosas Veneris complexiones, sed Iouem pro pluuiâ, pro tellure Cererem nominat. Turneb. lib. 11. cap. 22. Vide Eclog. 7. ibi, *Iupiter & lato descendit plurimus imbri.* numer. 161. Lucretij versus, quos æmulatus est Maro, sunt hi lib. 1.

*Postremo pereunt imbres, ubi eos pater æther
 In gremium matris terræ præcipitavit.*

Gremium telluri rursus tribuit lib. 2. *Concharumque genus pariliratione videmus Pingere telluris gremium.* Similis est ille quoque locus eodem lib.

Omnibus ille idem (Iupiter) pater est: unde alma liquorum guttas mater cum terrâ recepit, (tes) Fæta parit nitidas fruges, &c.

Et à Virgiliano fonte suos deduxit versiculos Columella lib. 10. vbi de verno tempore agit, & quid eo fiat, differit.

*Maximus ipse deum posito iam fulmine fallax
Acrisonaeas veteres imitatur amores,
Inq. sinus matris violento depluit imbri:
Nec genitrix nati tunc aspernatur amorem,
Sed patitur nexus flammata cupidine tellus.*

AVIA TVM RESONAVIBVS) Auia, loca deserta, atq; inculta, qua iri non potest. Cornif. ad Herennium, Hunc dulcedo auium ducit ad auium. Plaut. *Syluani lucus extra urbem est auius.* Ouid. supra. *Et tepidum volucres concentibus aera mulcent.* VENEREM REP. ARM.) Lucretius in descriptione verni temporis, prooemio librorum suorum ad Venerem.

Omnibus (animantibus) incutiens blandum per pectus amorem,

Efficis ut cupide generatim saecula propagent.

CERTIS DIEBUS) quibus diebus id fiat, exposit Aristoteles in histor. animal. Homini tantum primi coitus poenitentia, augurium scilicet vitae a poenitenda origine. Caeteris animalibus statim per tempora concubitus, homini omnibus horis dierum, noctiumq; Caeteris satietas, homini prope nulla, &c. Plinius lib. 10. ca. 63. PARTURIT AGER) Eclog. 3. *Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor.* LAXANT AR. SINVS) Aperitur terra, calore tepido resoluta: quod cum Aprili mense fiat, ab aperiendo illi nomen factum volunt. Supra lib. 1. *Zephyro patris se gleba resoluit.* Ouid. *Vere nitent terra, vere remissus ager.* SVPER. HVMOR) abundat, superest. Horatius latyr. 2. lib. 2. *ergo, Quod superat, non est, melius quod infumere possis?* Cicero Paradoxo 6. Vter igitur est diuitior, cui deest, an cui superat? Idem 5. de Finib. Deque eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. Humorem autem dicit feminalem, quem concipiunt ex halitibus illis foecundis, ac viuificis. NOVOS SOLES) Vernales, vel ad nos redeunt. Georg. 1. *sole nouo terras irrorat. Eous,* hoc est, matutino. Sic 4. Aeneid. *aurora nouo spargebat lumine terras.* GRAMINA) in manuscriptis est *germina.* Et ita Virgilium scripsisse Celsus ait: loquitur enim de arborum omnium foetu. SVRGENTES PAMP. AVSTROS) flatu suo rebus nascentibus inimicos. Pampini vitium sunt virgae, seu rami foliosi, a brachiis, vel palmitibus, atq; adeo ipsis caulibus prodeunt, & ut inquit Plin. a lateribus exeunt, qui quidem dum grandiores sunt, & foliis onusti, vvas ab iniuriis externis defendunt, ac tegunt. Vnde Virgil. *Hec male tunc mites defendet pampinus vvas.* Carol. Steph. in Vineto. TRVDIT GEMMAS) supra. *Nam qua se medio trudent de cortice gemma.* Ouid. 4. Fastor. *Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.* Columel. quoque arbores dicit gemmas agere, & gemmascere, & gemmare. Item bigemmes, & trigemmes palmites. NON ALIOS PRIMA CRESCENT.) *Conuenienter utique Lucretianus illis, qui leguntur lib. 6.*

*At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios aestus, nec magnis viribus auras.]*

Fortè verò vacantis operis non fuerit, breuibus hac parte explicuisse, quo anni tempore prima effulserit genitalis mundi hora, & (vt Lucretius inquit) primigena: quando certum temporis principatum non diffitemur habere hunc qui cernitur, & tangitur, & est corporatus vndique. In quo mirè disceptant Hebraeorum interpretes: nam Ioues cum plerisque sectatoribus mundum Martio factum mense nititur probare: tum, quia succrescant è terra tum pubentes herbae: tum quia Exod. 12. mensis hic dicatur primus. Eliezer autem, ac nonnulli malunt Septembri initia mundi contribuere, quoniam tunc maturefcentibus fructibus, cum inclusis seminibus, absolutius videatur fuisse Dei opus. Quae

A sententia maximè praestitisse videtur, vt probabilior: quia & in Deuteronomij cap. 23. scriptum legimus, Dei opera perfecta sunt. Proinde in eam item sententiam pedibus eunt omnes, hominem primum in statu aetatis perfecto productum, quod posset generationem perficere: tunc enim vnumquodque videri perfectum, cum simile sibi valet progignere. Quod ipsum in fructuum ratione astruendum est, qui suis sunt seminibus grauidi. Quod verò Martius dicatur mensium primus, non ad mundi primordia referendum arbitrantur, sed ratione sollempnitatum celebrandarum dici volunt: simul propter singulare Dei beneficium, quo de Aegypto se uocati Hebraei fuerant. Quod & innuere Scriptura videtur, quum ait, primus erit in mensibus anni: tanquam insinuet, antea non fuisse primum. Priorem tamen opinionem tueri videtur Strabus. Sed & Ambrosius, inquit, oportebat mundi exordium capi, vbi erat opportuna omnibus verna temperies, vnde & nascentis mundi imaginem annus exprimit, vt post hybernas glacies, & caligines hyemales serenior solito verni temporis splendor eluceat. Sed & illud affertur commodè, calorem genitalem requiri omnino temperatum: quo argumento rejicitur cum capricorno cancer: quin & libra, quod in frigidum ab sicco deurgens, mortis videatur esse praesagium potius, quam generationi aptum exordium. Rhodigin lib. 1. cap. 7. * *Quo anni tempore mundum à Deo procreatum videatur credibile, disputat eruditissimè Benedic. Pererius Comment. in Genesim lib. 1. Nonnulla quoque, a nobis dicta dial. 6. prima tertij, qui sex mundi natales, seu Cosmopoeia inscribitur, in opificio dici tertij exponendo scilicet. PRIMA ORIGINE MUNDI) Ouid. 1. Metamorph. *Primaq; ab origine mundi.* Et lib. 5. *Sed pariter prima concepta ab origine mundi.* Propert lib. 3. *Nunc tibi si qua tenes ab origine dicere prima Incipiam.* Lucanus.*

*At simul à prima descendit origine mundi
Causarum series: atq; omnia fata laborant.*

FERREA PROGENIES DVVIS CAP.) Eruditissimus iuxta, ac eloquentissimus Lactantius lib. 2. cap. 11. Illud inquit, hoc loco praeterire non possum, quod errantes philosophi quidam aiunt, homines, caeteraque animalia sine vlllo artifice orta esse de terra. Vnde illud Virgilianum est, *Terrea progenies,* &c. Et ij maximè fuerunt in ea sententia, qui esse prouidentiam negant. Addit idem cap. 12. non erant in principio mundi hyems, & aestas: sed perpetua temperies, & ver aequabile. Turneb. libr. 21. cap. 22. recitat, & approbat. * *Tamen quod pro Ferrea legit Terrea Lactant. facti id minus rectè, & doctis omnibus dissentientibus.*

De prima hominis origine, & formatione nihil apud Ethnicos certi, vel verisimile habetur. Fuerunt tamen, vt Diodorus Siculus auctor est, binæ opiniones. Nam è philosophis alij cum mundum ingenerabilem, atque incorruptibilem putassent, genus quoque hominum sempiternum esse asseruerunt. Ita nunquam initium ipsorum fuisse arbitrati sunt. In hac opinione fuit Aristoteles, qui, vt Lactantius lib. 2. scribit, molestia ac labore se liberans, dicebat mundum semper fuisse. Itaque & hominum genus, & caetera, quae in eo sunt, initium non habere, sed fuisse semper, ac semper fore. Fuerunt alij, qui cum mundum generabilem, ac corruptibilem putarent, homines, quoque appositè certis temporibus incipisse affirmarunt. Et quidem apud Platonem in Menexeno, Protagora, Politico, Critia est, hominem è terra conditum, & artificis sui imagine, ob idque theoidem appellatum. Nec tamen inficiatur idem, exundante amplius humoris

moris elemento, moxque residente eo, ex humiditatis A copia, & insequentis æstus, terram tot, tantæque fecunditatis semina concipere, vt cuiusquemodi inde prorumpant animalia. A qua origine spontanea ne homo quidem abiungitur, sicut Ægyptiorum doctrina contineri nouimus, atque item Arabum, quod alludit poeta, in cuius versu legendum esset terrea, pro ferrea. Veruntamen, etsi legamus ferrea, manet, de qua diximus, allusio. In fabulis est, Prometheus primum hominem è luto finxisse, & igne à Ioue sublato illum animasse, quod Ouid. lib. 1. Metamorph. testatur, cum de tellure inquit.

*Quam satis Iapeto mistam fluminalibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.*

Sed hoc pocatrum figmentum de nihilo natum non est. Hominem è limo terræ formatum rectè viderunt poetæ Ethnici. Neq; vt ait Lactant. lib. 2. res eos fecellit, sed nomen artificis. Nullas enim litteras veritatis attigerat: sed quæ prophetarum vaticinio tradita in sacrario dei continebantur, ea de fabulis, & obscura opinione collecta & deprauata, vt veritas à vulgo solet varijs sermonibus dissipata corrumpi, nullo non addente aliquid, ad id quod audierat, carminibus suis comprehenderunt. Verum ergo est, quod hominem è limo terræ figuratum scribunt poetæ: sed à Prometheus formatum hominem, id omnino falsum conuincitur. Sed cum verum sit, poetæ non omnino mentiri solitos: sed figuris inuoluere, & obscurare quæ dicunt, non dico mentitos esse: sed primum omnium Prometheus simulacrum hominis formasse de pingui, & molli luto, ab eoq; natam primo artem & statuas, & simulacra fingendi. Sic veritas fucata mendacio est: & illud quod à deo factum

A ferebarur, homini, qui opus diuinum imitatus est, caput adscribi. Augustin. lib. 18. de ciuitate dei, scribit, Prometheus propterea de luto formasse hominem creditum, quia optimus sapientiæ doctor fuisse perhibetur, qui homines, etiam agrestes & indoctos, ad optimæ fidei rationem, & ciuiles mores instituerit. Hoc Hesiod. in Theogonia indicat, cum de Prometheus inquit,

Γαργητοιδὴν ἀδύτων πρὸς μὴδεα εἰδώς.

Iapeti proles reliquis sapientior vnus.

Fuerunt alij qui dicerent, certis conuersionibus cæli, & astrorum motibus maturitatem quandam extitisse animalium ferendorum. Itaque terram nouam semen genitale retinentem, folliculos ex se quosdam, in uterorum similitudinem protulisse, de quibus Lucretius, *Crescebant vteriterram radicibus apti.* Eosq; cum maturuisset natura cogente ruptos, animalia tenera profudisse. Deinde terram ipsam humore quodam, qui esset lacti similis, exuberasse. Ad hanc opinionem respicit, quod hic Virgilius ait. Rhodig. lib. 17. c. 19. *NEC RES HVNC TEN.* Voluit certè communis illa rerum mater natura, inter hyemem atque æstatem medium quoddam tempus interuenire, quod neq; frigore, neque calore nimio modum excederet: sed blanda quadam cæli indulgentia tepidum esset: ne res modò nascentes, & nondum auctu suo confirmatæ, aut nimio frigore læderentur, aut nimio calore languerent. *CÆLI INDVLGENTIA*) Nihil aliud est ista cæli, hoc est, aeris indulgentia, quam ex calore, & frigore temperata mediocritas, quod satis ex ipsius poetæ verbis antecedentibus claret. Verna temperies, quæ rebus adhuc teneris, nondum soliditatem suam adeptis, adhuc germinantibus mirè conuenit, & conducibilis est. Iacob. Pont.

Quod superest, quæcunq; preme virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra:
Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode conchas.

- Inter enim labentur aquæ, tenuisq; subibit
350 Halitus, atq; animos tollent fata. iamq; reperti
Qui saxo super, atq; ingentis pondere testæ
Vrgerent: hoc, effusos munimen ad imbres:
Hoc, vbi hiulca siti findit Canis æstifer arua.
Seminibus positis superest deducere terram
355 Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes.
Aut presso exercere solum sub vomere, & ipsa
Flectere luctantes inter vineta iuuenicos:
Tum leues calamos, & rasæ hastilia virgæ,
Fraxineasq; aptare sudes, furcasq; bicornes:
360 Viribus eniti quarum, & contemnere ventos
Assuescant, summasq; sequi tabulata per vltimos.
Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas,
PARCENDVM TENERIS: & dum se lætus ad auras
Palmes agit laxis per purum immissus habenis,
365 Ipsa acies falcis nondum tentanda, sed vncis
Carpendæ manibus frondes, interq; legendæ.
Inde vbi iam validis amplexæ stirpibus vltimos
Exierint, tunc stringe comas, tunc brachia tonde.
Antè reformidant ferrum, tunc deniq; dura
370 Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.

Quon

QVOD SVR. QVÆCVNQVE PREM. VIRG.) A Sententia versuum hæc est. Haftenus de consfitione vitium nouellarum dictum est satis: nunc ad pastinationem, & fossionem vt reuertamur, ordo instituti operis à nobis postulat. Numerus enim vertendi solum bidenti bus (vt verum fateamur) definiendus non est: cum quãto crebrior sit, tanto plus prodesse fossionem conueniat. Itaq; crebrò fodito, capita vitium putato, circumfodito: vbi vites arbutiuae sunt, ibi arare incipito: vltra citraq; sulcos perpetuos ducito. Hoc vbi ritè administraueris, pedandæ vineæ curam suscipito. Sed hic obseruandum, plerumq; teneram vineam melius leui calamorum adminiculo, quam vehementi palo acquiescere. Itaq; singulis vitibus singulas arundines applicabimus: hastilia, & furcas bicornes disponemus: quibus annectentur singulae transfuersæ perticæ, in imam partem ordinis, quod genus iugi canterium vocant rustici. Plurimum id esse refert, quod vitis his adminiculis subnixa, se in transfuersa potius fundat, quam in edita, ventosq; facilius sustineat, & tabulata institui possint. Ad CAPITA) vitium, quæ sunt radices, quibus alimentum sibi à terra familiare stirpes attrahunt, sicut animalia illud ore assumunt. IACTARE BIDENTES.) Ligonibus effodere. Videtur pastinum innuere. Pastinum, inquit Columella, vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo semina panguntur: vnde etiam repastinatae dictæ fuere vineæ veteres, quæ refodiebantur. FLECTERE) moderari, ne teneras vites concutiat. RASÆ VIRGÆ) politæ, decorticatæ, ne ex corticibus virgarum, rubigo vitibus aduersa procreetur. Vfus pedamentorum, palorum, perticarum, &c. triplex in vineis. Primus, vt viticulæ ijs surrigantur, quæ sua natura fragiles sunt, neq; absque adminiculo hoc stare erectæ possunt. Secundus, vt iniuriam ventorum sustineant. Tertius, vt ad fastigium arborum, quibus maritantur, presertim in vineis arbutiuis, facilius affurgant. Bersman. TABVLATA) id est, vt vitis innixa vlmis ascendat per tabulatum. Tabulata in arboribus dicuntur ordines ramorum imi, & summi, vel rami extenti in arboribus, non altius ascendentes sed in plana tendentes, quales potissimum in vlmis, & platanis. Vide Columell. lib. 5. cap. 6. Tabulati formam descripsit & Plinius lib. 17. cap. 23. Bersman. AC DVMPRIMANOVIS) Pedationem sequitur deinde pampinatio, cuius ea est tempestiuitas: dum adhuc teneri palmites sunt, & iam prima ætate adolefcunt, vt illis parcat. Sed cum ad iustam mensuram excreuerint, leui tactu digiti illorum pampini decutiuntur, & infringuntur. Nam hoc in viridi, & adhuc in matura stirpe fieri noxium. Neq; enim eatenus plaga consistit, quæ vestigium fecit acies: sed æstiuus caloribus falce vulnus penitus impressum, latius inarescit, ita, vt non minimam partem de ipso matris corpore enecet. PARCENDVM TENERIS) Ad homines licet hoc transferre. Monebit prouerbiali schemate parentes, præceptores potissimum, vt pueritiæ rationem ducant, & ab infirma ætate nequid grauius exigant. Iacob. Pont. INDE VBI IAM VALID.) At vero, cum vehementius induruerint, & vltra vlmos iam assurrexerint, tum & falcem admouere, & superiorem partem decacuminare, & nepotes à matre recidere, & ramorum propazines superuacuas decerpere conueniet: nec sarmentis pati syluescere, vt vitis in ceruicem confirmetur, & robustior sit. TVNC STRINGE COMAS) Eclog. 9. hic vbi densas Agricola stringunt frondes. Georg. 1. Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus. Horat. Epist. 14. lib. 1. bouemq; Deiuinctum curas, & strictis frondibus explēs. Stringere est demere, amputare, vt in Mœride explanat Seruius.

Quod aut, avarus vt Chremes, terra premam, Discinctus aut, perdam vt nepos. Sed vide quas Magium] Adducit hunc locum de lapide, & conchis infodiendis Columella lib. 3. cap. 15. Sic deinde curuatam deponere, ne duarum vitium radices implicentur: id enim vitare facile est, per imum solum iuxta diuersa latera fossarum dispositis paucis lapidibus, qui singuli non excedant quinquelibrale pondus. Hi videntur (vt Mago prodit) & aquas hyemis, & vapores æstatis propulsare radicibus: quem secutus Virgilius, tutari semina, & muniri sic præcipit, Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode conchas. Et paulò post:

iamq; reperti
Qui saxo super, atq; ingentis pondere teste
Vrgerent: hoc effusos munimen ad imbres,
Hoc vbi hiulca siti findit canis estifer arua.

HIVLCA SITI. F. CAN. ÆSTIF. ARVA) Findendo propter æstum, seu per æstum, facit hiulca. 3. Æneid. alijs verbis. tum steriles exurere Sirius agros. SEMINIBVS POSITIS, SVPEREST) Sexta libri pars, de operibus vinitorum post consfitionem nouellati: vt sunt pastinatio, pedatio, pampinatio, sepes, sacrificia, repastinatio, frondatio, ablaqueatio. Quibus omnibus opponitur aliarum arborum cultura minus laboriosa, quam vitis.

Textendæ

- Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenendum est:
 Præcipuè dum frons tenera, imprudensq; laborum:
 Cui, super indignas hyemes, solemq; potentem,
 Syluestres vri assiduè, capreæq; sequaces
 375 Illudunt: pascuntur oues, auidæq; iuuençæ.
 Frigora nec tantùm cana concreta pruina,
 Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas,
 Quantum illi nocuere greges, duriq; venenum
 Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
 380 Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
 Cæditur, & veteres ineunt profcena ludi:
 Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum
 Theseidæ posuere: atq; inter pocula læti
 Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.
 385 Nec non Aufonij, Troia gens missa, coloni
 Versibus incomptis ludunt, risuq; soluto:
 Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis
 Et te Bacche vocant per carmina læta, tibiq;
 Qscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
 390 Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu:
 Complentur vallesq; cauæ, saltusq; profundi,
 Et quocunq; deus circum caput egit honestum.
 Ergo ritè suum Baccho dicemus honorem
 Carminibus patrijs, lancesq; & liba feremus.
 395 Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram:
 Pinguiaq; in verubus torrebimus exta columnis.

TEXENDÆ SEPES ETIAM) At hæc positorum
 feminum prima cultura est. Interim texendæ etiam se-
 pes, vinea tutandæ caussa: ne pecus, præsertim lanatum,
 & ætate luxurians, nulliq; operi assuetum, irrumpere
 possit. Nam gemmante vite, procul arcendæ pecudes,
 quoniam facillimè gemmas auferunt. Plus vitibus dam-
 ni datur ab vris syluestribus, capris, ouibus, & iuuençis,
 quàm à frigore hyberno prægelido, aut æstiuo calore
 præferuido. Neque enim vel pruinosa hyemis frigora,
 vel calidissimi æstatis feruores tantum nocere possunt
 vitibus, quantum illis nocent pecudum venenati mor-
 sus, & impressa dente pecuino vulnera. Neque sanè
 aliam ob causam prisca quadam institutione Libero
 patri, repertori vitis hirci immolantur, quàm vt capite
 pœnas luant, propterea quòd vites arrodant. DVM
 FRONS TENERA) dum vitis adhuc est tenera, & no-
 uella. Vera lectio est frondis. Hodie verò & à fronte, &
 à fronde vnus est nominatiuus, frons, vt frons frontis, &
 frons frondis: sicut & lens à lente, & à lende, capitis bre-
 uiore pediculo. Seruius. * Non ait Seruius, legendum esse
 in carmine frondis pro frons: cuius enim hoc esset imperitia? sed
 hoc sibi sult, Seruum esse nominandi casum frons, huius patrij casus,
 frondis. Puto autem & apud alios inueniri hunc rectum, siue
 nominatiuum, & imprimis apud Varronem. IMPRVDENS-
 QVE LABORVM) iniuriæ impatiens, inexperta labo-
 ris. Res enim est tenera, inquit de vinea Columel-
 la lib. 4. cap. 3. infirma, iniuriæ maximè impatiens, quæ
 plerumque nimio labore, & vberrate consumitur, pe-

Aritque, si modum non adhibeas, fœcunditate sua. IN-
 DIGNAS HYEMES) sæuas, infestas. SOLEM QVE
 POTENTEM) grauem, intolerabilem. Indicatur au-
 tem, plus detrimenti afferri vitibus morfu pecoris, de-
 ficcante vites, quàm intemperie aeris, cum frigoris incle-
 mentia, tum squalore æstus vitibus inimici. SYLV. VRI
 ASSID.) Plin. li. ii. c. 37. de cornibus animantium verba fa-
 ciens. Vrorum cornibus barbari septentrionales potant
 vrasq; binas capitis vnus cornua implent. Vros & eo-
 rum cornua describit Cæsar lib. 6. de bello Gallico, cap.
 5. Tertium est genus eorum, qui Vri appellantur. Sunt
 magnitudine paulò infra elephantos: specie, & colore, &
 figura tauri. Magna vis est eorum, & magna velocitas.
 Neque homini, neque feræ quam conspexerunt, par-
 cunt. Hos studiosè foueis captos interficiunt. Hoc se la-
 bore durant adolescentes, atque hoc genere venationis
 exercent: & quum plurimos ex his interfecerunt, relatis
 in publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnam
 ferunt laudem. Sed assuescere ad homines, & mansue-
 fieri, ne paruuli quidem excepti possunt. Cornuum &
 figura, & species multum à nostrorum bouum cornibus
 differt. Hæc studiosè conquisita, ab labris argento cir-
 cumcludunt: atque in amplissimis epulis pro poculis v-
 tuntur. CAPREÆ SEQUACES) Caprea pro capra *κατὰ*
ἐπίτασιον. Sequaces, quæ vineta sequuntur. ILLVDVNT)
 per ludum nocent, pessundant. Tereñ. And. Dum studeo
 obsequi tibi, panè illi *ὄψιν* filia, id est, perdidit. VENE-
 NVM DENTIS) Quod est in morfu caprarum venenoso;
 vites

vites enim plantulæ illarum morfu aduruntur. Berfm. Ammines edebant, optimè contenti erant: frugum, vini que copiam mortalibus suppeditabant. Quare & nos Baccho suum honorem exhibeamus, & patriis carminibus eum celebremus, ac liba in lancibus eidem offeramus: hircum denique ad aras illius producamus, & pinguia exta in veribus columnis torreamus. Hinc enim omnes vineæ largissimè pubescent: omnes profundæ valles, omnesque saltus progemmabunt: & quocunque deus caput reflexerit, illic palmites, & vineæ pronascentur. PRÆM. POSVERE) caprum, qui erat præmium victoris ludis Liberalibus. Horat. (Carminè qui tragico vilem certavit ob hircum. THESEIDÆ) Athenienses, sic dicti à Theseo rege κατ' ἀνωμασίαν, sicut à Cecrope ijdem Cecropidæ appellati fuere. Primi autem Athenienses ludos Liberalia instituerunt, in honorem Liberi patris. VNCTOS SAL. P. VTRES) Pro saliere, non desunt, qui ex veteribus codicibus, auctoritate Prisciani saliere legendum censendant. Et ita similiter ex antiquis libris apud Ovidium legunt in extremo quarto Fastor. Per flammas saluisse pecus, saluisse colonos.] Ascolia mus saltatio erat, Bacchi dicata festis, quæ vocant Ascolia, quod theatri medio vtres, quos dicunt ἀσκολοί, inflatos, obunctosque vno tantum insilirent pede, vt delabentes risum excitarent. Hoc agere, apud Græcos dicitur ἀσκολιόζειν, quod respexit apertissimè Virgilius, quod inerudite nimis, καὶ ἀναγώγως, id est, ineducatè nõ perpendunt interpretes, negligentia prorsum fustuario digna. Rhodigin. lib. 5. cap. 4. Pierius lib. 10. in Capra. C Verba Brodæi sunt lib. 4. cap. 7. ludendi mos initium videtur sumpsisse è fabula, cuius meminit lib. signor. celestium 2. in Arctophylace Hyginus, quem consule. In eodem capite ludi huius descriptionem Brodæus, verbis Græcis Scholiastæ Aristophanis exponit. * Verba Hygini adducamus, & se lector quaerendi labore leuemus. Liber pater Icario Erigones patri propter iustitiam, & aequitatem existimatur vinum, & vitem, & suam tradidisse, vt ostenderet hominibus, quomodo sereretur, & quid ex eo nasceretur: & cum esset natum id, quomodo viti oporteret. Qui cum sensisset vitem, & diligentissimè administrando floridam falce fecisset, dicitur hircus in vineam se coniecisse, & qua ibi tenerima folia videret, decerpisse. Icarium iratum, eum interfecisse, ex pelle eius vitem fecisse, ac vento plenum præligasse, & in medium proiecisse, suosque, sodales circa eum saltare cogisse. Alij dicunt, Icarium, cum à Libero patre vinum accepisset, statim vitres plenos in plaustrum imposuisse.

Sus dederat pœnas: exemplo territus huius
Palmitè debueras abstinuisse caper.
Quem spectans aliquis dentes in vite prementem,
Talia non tacito verba dolore dedit:
Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aram,
In tua quod fundi cornua possit, erit.

Non conuenit inter antiquos scriptores, ait Muret. lib. 3. cap. 7. de causis, ob quas hoc, aut illud animal huic, aut illi deo immolaretur. Alij enim, quod cuique deo gratissimum esset, id ad illius aras mactari solitum aiunt. Itaque equus Martis erat hostia: & quod aper Adonin interfecisset, apro Veneri rem diuinam facere nefas erat. Alij, quod quisque deus odisset, eius potissimum cæde illum oblectari putabant. Itaque Nocti sacrificabatur gallus gallinaceus, quod cantu suo diem prouocare, noctem fugare videretur: capra Palladi, quod oleam insigniter læderet. * Istuc tamen Varro apertissimè negat, & probabile causam adiungit, vt supra vidimus, quod sefellisse Muretum miror. Quomodo porro, id est, quàm acutè, & argumentose, atque, etiam quàm sacundè superstitionem ethnicam in victimis alijs alijs deo, de aie mactandis irrideat lib. 7. Arnob. Videbis ab eo loco, Et quoniam nobis in manibus hostiarum sermo versatur, qua causis, qua ratio est, &c. Satis hæc ad versum decimum: nunc que ad sequentes deinceps declarandos valebunt, ex Paraphrasæ primum adducamus.

Hinc (quod Baccho propter admorsas vites hircu fieret) vetus illa tragœdia, & cæteri ludi theatrales ac scenici suam originem apud Athenienses cæperunt. Nam & ei, qui circa pagos, & compita ludo tragico victoriam obtinuerat, & ei qui per inflatos, vnctosque vtres in medio theatro vno pede quàm optimè saltarat, præmij loco hircus dabatur. Morem hunc, & ritum Atheniensium Latini imitati, inculto & rustico genere carminum olim Bacchum colebant, & laruari risum mouebant. Nam excuatis arborum corticibus ora velabāt, Bacchumque inuocabant, & agresti cantione laudes illius celebrabant. Peractis demum sacris, oscilla, & laruas corticeas de arboribus in honorem Bacchi suspendebāt. Et quamquam rudis illa fuit, & simplex ætas, tamen dii immortales grati animi significatione, quam præsci ho-

iam iactationes, & cæteri ludi theatrales ac scenici suam originem apud Athenienses cæperunt. Nam & ei, qui circa pagos, & compita ludo tragico victoriam obtinuerat, & ei qui per inflatos, vnctosque vtres in medio theatro vno pede quàm optimè saltarat, præmij loco hircus dabatur. Morem hunc, & ritum Atheniensium Latini imitati, inculto & rustico genere carminum olim Bacchum colebant, & laruari risum mouebant. Nam excuatis arborum corticibus ora velabāt, Bacchumque inuocabant, & agresti cantione laudes illius celebrabant. Peractis demum sacris, oscilla, & laruas corticeas de arboribus in honorem Bacchi suspendebāt. Et quamquam rudis illa fuit, & simplex ætas, tamen dii immortales grati animi significatione, quam præsci ho-

iam iactationes, & cæteri ludi theatrales ac scenici suam originem apud Athenienses cæperunt. Nam & ei, qui circa pagos, & compita ludo tragico victoriam obtinuerat, & ei qui per inflatos, vnctosque vtres in medio theatro vno pede quàm optimè saltarat, præmij loco hircus dabatur. Morem hunc, & ritum Atheniensium Latini imitati, inculto & rustico genere carminum olim Bacchum colebant, & laruari risum mouebant. Nam excuatis arborum corticibus ora velabāt, Bacchumque inuocabant, & agresti cantione laudes illius celebrabant. Peractis demum sacris, oscilla, & laruas corticeas de arboribus in honorem Bacchi suspendebāt. Et quamquam rudis illa fuit, & simplex ætas, tamen dii immortales grati animi significatione, quam præsci ho-

iam iactationes, & cæteri ludi theatrales ac scenici suam originem apud Athenienses cæperunt. Nam & ei, qui circa pagos, & compita ludo tragico victoriam obtinuerat, & ei qui per inflatos, vnctosque vtres in medio theatro vno pede quàm optimè saltarat, præmij loco hircus dabatur. Morem hunc, & ritum Atheniensium Latini imitati, inculto & rustico genere carminum olim Bacchum colebant, & laruari risum mouebant. Nam excuatis arborum corticibus ora velabāt, Bacchumque inuocabant, & agresti cantione laudes illius celebrabant. Peractis demum sacris, oscilla, & laruas corticeas de arboribus in honorem Bacchi suspendebāt. Et quamquam rudis illa fuit, & simplex ætas, tamen dii immortales grati animi significatione, quam præsci ho-

405
iactationes, & cæteri ludi theatrales ac scenici suam originem apud Athenienses cæperunt. Nam & ei, qui circa pagos, & compita ludo tragico victoriam obtinuerat, & ei qui per inflatos, vnctosque vtres in medio theatro vno pede quàm optimè saltarat, præmij loco hircus dabatur. Morem hunc, & ritum Atheniensium Latini imitati, inculto & rustico genere carminum olim Bacchum colebant, & laruari risum mouebant. Nam excuatis arborum corticibus ora velabāt, Bacchumque inuocabant, & agresti cantione laudes illius celebrabant. Peractis demum sacris, oscilla, & laruas corticeas de arboribus in honorem Bacchi suspendebāt. Et quamquam rudis illa fuit, & simplex ætas, tamen dii immortales grati animi significatione, quam præsci ho-

EST ET.
minit agric.
diligentiam
laboris nunq
quotannis te
& præcipue
reiciantur, v
retorrida eff
dandevites:
dum, vt in vi
Sic acti labo
opera in vit
admodum d
uoluitur. P

iactiones, & cernuationes oscilla appellarūt. Quid autē A
sint oscilla Aufonio, vide Scalig. F. Aufonian. lect. lib. 2. c.
26. De oscillis, & oscillaone Turneb. l. 7. c. 20. & lib. 20. c.
24. Insuper consule Delriū in Hippol. Senec. act. 3. PVBES.
VIN.) Hac itē metaphora Plin. vtitur lib. 17. ca. 22. cū ait,
inimicos, & pubescēte vva rastros. Progemare Columel.
dicit lib. 4. ca. 27. Si palmis incipientibus, progemanti-
busq; fossorem immiseris, magnā partem vindemię de-
cussis. Atq; vt pubesceret largo fœtu vinea, idcirco hę
cerimonie suscipiebantur. VALLESQ; CAVÆ, SALT. PR.)
Vites collinas, & campestres significat compleri vuis.
ET QVOCVNQVE DEVS) vbi cūque statua Bacchi
circumlata fuerit, ibi existere vini proventum magnum.
CARMINIBVS PATRIIS) Romana lingua. Laudes e-
nim Bacchi Liberalibus canebantur patrio singularum
nationum idiomate. LANCES ET LIBA) liba, seu pla-
centas in lancibus, ēv dīs. Vineis enim ad hunc modum
lustratis, ad altare Bacchi, vnde discesserant, reuersi, sa-
cras in lancibus victimas offerebant, ac comburebant.
Quibus peractis, ad conuiuium, & de conuiuio tandem

domum discedebant. Berfman. ET DVCTVS HIRCVS
AD ARAM) Ducebantur victimę, non trahebantur.
Sacrorum verbum est *duci*, de quo in Formulis Brisso-
nius libr. 1. pag. 14. STABIT AD ARAM) Obseruatum
est a sacrificantibus, vt si hostia, quę ad aras duceretur,
fuisset vehementius eluctata: ostendissetq; se inuitam
altaribus admoueri, amoueretur: quia inuito deo offer-
ri eam putabant: quę autem stetit oblata, hanc volen-
ti numini dari existimabant. Macrob. Saturnal. lib. 3. ca.
5. Vide amplius 2. Æneid. ad illum locum, *Quales mugit-
tus fugit cum sancius aram Taurus*. Et Briffon. Formul.
lib. 1. pag. 14. Sed habet peculiarem notionem verbum
hoc *stare*, in facris. Admota enim aris hostia dicebatur
stare, interim dum vota conciperentur, eique vinum, &
mola inspergeretur. Placidam quandam quietem signi-
ficat. Georg. 3. *Sape in honore deū medio stans hostia ad
aras*. Seneca Hercul. Furent. *Stat ecce ad aras hostia, expe-
ctat manum ceruice prona*. Reliqua Briffon. Martial. lib. 3.
*Vite nocens rosea stabat moriturus ad aras
Hircus, Bacche tuis victima grata sacris*.

Est etiam ille labor curandis vitibus alter,

Cui nunquā exhausti satis est. namq; omne quotannis

Terq; quaterq; solum scindendum: glebaq; versis

400 Æternū frangenda bidentibus: omne leuandum

Fronde nemus. redit agricolis labor actus in orbem,

Atq; in se sua per vestigia voluitur annus.

Et iam olim seras posuit cū vinea frondes,

Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem:

405 Iam tum acer curas venientem extendit in annum

Rusticus: & curuo Saturni dente relictam

Persequitur vitem attondens, fingitq; putando.

Primus humum fodito, primus deuecta cremato

Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto:

410 Postremus metito. bis vitibus ingruit vmbra,

Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.

Durus vterq; labor. LAVDATO INGENTIA RVRA,

EXIGVVM COLITO. nec non etiam aspera rusci

Vimina per syluam, & ripis fluuialis arundo

415 Cæditur: incultiq; exercet cura salicti.

Iam vincitæ vites, iam falcem arbuta reponunt:

Iam canit extremos effœtus vinitor antes:

Sollicitanda tamen tellus, puluisq; mouendus:

Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.

EST ET IL LABOR) Sed hoc in primis semper me-
minerit agricola, quod etiam antè monuimus, maximā
diligentiam adhibendam esse pastinationi. Nam huius
laboris nunquam potest esse satietas. Itaq; omnis vinea
quotannis ter, aut quater confodienda: vt omnes herbæ
& præcipue gramina extirpentur: quæ nisi in summum
reiciantur, vitium semina ita perurunt, vt ea scabra, atq;
retorruda efficiant. Pampinandæ etiam, & interim fron-
dandę vites: vt superuacua detrahantur: nec committendū,
vt in vnam materiam vires, & alimentum conferat.
Sic acti labores agricolis in orbem redeunt: & eadem
operæ in vitium cultura subinde iterandę sunt, quem-
admodum & ipse annus per sua vestigia voluitur, atq; re-
uoluitur. Peracta repastinatione, & collecta vindemia,

sequens deinde tēpus, cū iam vinea pampinos, & fron-
des deponit, & folia in syluis decidunt, ampliorem cu-
ram deposcit, quæ etiam in annum sequentem se exten-
dat. Nam priusquam frigora inuadunt, vitis ablaquean-
da est: quod opus ad opertas ostendit æstiuas radicales:
easq; prudens agricola ferro decedit. Nam si passus est
conualescere, inferiores deficiunt: atque euenit, vt vinea
summa parte terreni, radices agat: quæ & frigore infe-
stentur, & caloribus maiorem in modum æstuent: ac ve-
hementer sitire matrem in ortu caniculę cogant. Quare
quicquid intra sesquipedem natum est, cū ablaquea-
ueris, recidendum est. Postremò in omnibus vineaticę
culturę partibus, agricola primas vbique teneat: primus
terram fodiat: primus recisa vitium sarmenta cremet:

primus pedamenta, & statumina domum reporter: pri-
 mus serat, primus metat. Et quoniam bis graminibus,
 atque herbis obducuntur: ideo bis pampinandum, & bis
 pampinandum, sarrindumq; agricolæ. Qui labor vterq;
 cum durus admodum, & perquam sit difficilis: ideo lati-
 fundia locupletum, & rura ingentia laudanda quidem
 cenfeo: sed modicum agellum colendum arbitror: Nam
 bene posita vinea, boniq; generis, vtcunque sit exigua, si
 bono cultore non egeat, nunquam nõ cum magno fœ-
 nore gratiam reddit. Laborandum igitur, & nullum à la-
 bore vacuum tempus prætermittendum. Iam enim rusci,
 & arundines, & iunci, aliq; vitium adminicula conqui-
 rendarum salicum vimina cædenda, & salicta colenda: vt
 vincula, & ligamenta fortiora non desint. Quibus omni-
 bus peractis, vbi iã & vites deiunctæ palis, & vallis: & de-
 positæ falces: etiam si vinitor ad extremos antes perue-
 nisse, & nihil opere vltius restare arbitretur, tamen ad-
 huc tellus aranda, fodienda, pampinanda: & maturis quoq;
 vuis cæli intemperies metuenda erit. NVNQ. EXHAUSTI
 SATIS) Exhausti laboris, finiti laboris. Nunquam ex-
 auritur ille labor, qui vitibus est adhibendus: semper opus
 habent vinitorum opera. OMNE SOLVM) vineaticum.
 OM. NEMVS) Vinearium puta. IN SE SVA PER) Varro de
 ling. lat. lib. 5. Annus, quod vt paruuli circuli annuli, sic
 magni dicebantur anni: vnde annus. Annus ait Isid. libr.
 5. cap. 26. est solis amfractus, cum peractis 365. diebus, ad
 eadẽ loca siderum redit. Annus aut dictus, quia mēsis
 in se recurrētibus voluitur. Ægyptij per draconem cau-
 dā suā mordentẽ figurabant. Antiquus poeta L. Varius.

*Primum huic nervis septem est intenta fides,
 Variiq; additi vocum modi:
 Ad quos mundi resonat tenor,
 Sua se voluentis in vestigia.*

ET IAM. O. S. P. Q. V. V. M.) De ablaqueatione. Peracta re-
 pastinatione, & collecta vindemia, sequens deinde tem-
 pus, cum iam vinea pampinos, & frondes deponit, & fo-
 lia in syluis decidunt, amplio rem curam deposcit: quæ
 etiam in annum sequentẽ se extendat. Nam priusquam
 frigora inuadant, vitis ablaqueanda est: quod opus ad-
 pertas ostendit æstiuas radicales: easq; prudens agricola
 ferro decedit. Nam si passus est conualescere, inferiores
 deficiunt, atq; euenit, vt vinea summa parte terreni radi-
 ces agat, quæ & frigore infestentur, & caloribus maiore
 in modum æstuent, ac vehementer sitire matrem in or-
 tu caniculæ cogant. Quare quidquid intra sesquipedem
 natum est, cum ablaqueaueris, recidendum est. FRIGID.
 ET SYLVIS. A. D. HON. Totus versus ex Varrone Atacino.
 De frondibus accipe, quæ sunt honori, & ornamento
 arboribus. Sic Horat. Ode II. Epod. *Hic tertius december
 syluis honorem decutit.* SATVRNI DENTE) falce puta-
 toria, quæ in Saturni tutela est, qui falcifer deus à poetis.
 RELICTAM) desertam, otiosam, & quasi neglectam hy-
 berno tempore. PRIMVS HVMVM FODITO) In om-
 nibus vineaticæ culturæ partibus agricola primas vbiq;
 teneat. Primus terram fodiat: primus recila vitium sar-
 menta cremet: primus pedamenta, & statumina do-
 mum reporter: primus serat, primus metat. DEVECTA
 CREM. SARMENTA) Sarmenta in vitibus sunt prælongæ
 earum virgulæ, in quas luxuriantes sparguntur. Vide Vi-
 netum Caroli Stephani. ET VAL. PRIMVM) Valli, pali, su-
 des, ridicæ, statumina, adminicula, pedamenta, omnia i-
 dem sonant. POSTREM. METITO) Metere tam ad vites,
 quam ad segetes refertur: sicut apud Græcos ἀμᾶν & ἀ-
 μάσαι, non modò ἀμᾶν, sed & omnes fructus respicit:
 vt & Hesiodus, κατὰ τὸν ἀμᾶσαι dixit indefinite. Et τριγῶν
 quoq; non tantum vites, & segetes, sed & cæteros quo-
 que fructus comprehendit: vnde & τριγᾶσαι φόνις, pal-

ma stringi, & decerpi dicitur: & τριγῶν pro vindemia,
 hordeo, tritico, & fructu quolibet accipitur. καλαμάσαι
 quoq; non modò σαχνολογεῖν, & spicilegium facere, ac
 metere, sed & racemare, & οἰναεῖζεν significat: vnde &
 Gaza, καλαμάσαι ὀπίσω τριγῶν, qui acinos colligit
 post vindemiatores: & Chrysof. de sacerdotio, καλα-
 μάσαι ὡς ἀμπελον τὰ κατάλοιπα Ἰσραήλ. Sed & vindemia,
 & vindemiare ad aliorum quoque fructuum, quàm so-
 lius vix collectionem pertinet. Certè mel respicit. Plin.
 mellis vindemia melior. Columella. Mox vere tran-
 acto, sequitur mellis vindemia. Et infra, 4. Georg. *Bis
 granidos cogunt factus, duo tempora messis.* Et Cic. ad Att.
 Ego omnes meas vindemiolas ed referuo, vt illud substi-
 dium senectuti parem. De studiorum fructu loquitur.
 German. BIS SEGETEM DENSIS OBDVC.) Lu-
 cret. lib. I.

*Quod superest arui, tamen id natura sua vi
 sentibus obducatur, ni vis humana resistat.*

Sensus est, bis graminibus, & herbis obducuntur vites:
 ideo bis pampinandum, pampinandum, sarrindumque
 agricolæ. Id quod laboriosum est. LAUDATO IN-
 GENT. RURA, EXIG. COLITO) Cum sit vterque labor
 durus, vt dictum est, latifundia laudanda quidem illa
 sunt: sed interim modicus ager diligenter colendus est.
 Bene enim posita vinea, bonique generis, & bono cul-
 tore, nunquam non cum magno fœnore gratiam red-
 didit, inquit Columella lib. 4. cap. 3. Idem lib. I. cap. 3.
 Nos ad cætera præcepta illud adiicimus, quod sapiens
 vnus de septem in perpetuum posteritati pronuntiauit,
 μέτρον ἀείρον, adhibendum modum, mensuramq; rebus,
 idque vt non solum aliud acturis, sed & agrum paraturis
 dictum intelligatur, ne maiorem quàm ratio calculo-
 rum patiat, emere velit: nam huc pertinet præclara
 poetæ nostri sententia, *Laudato ingentia rura, Exiguum
 colito.* Quod vir eruditissimus, vt mea fert opinio, tradi-
 tum vetus præceptum numeris signauit: quippe acutis-
 simam gentem Pænos dixisse conuenit, imbecillio rem
 agrum, quàm agricolam esse debere: quoniam cum sit
 colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi domi-
 num. Nec dubium, quin minus reddat laxus ager non
 rectè cultus, quàm angustus eximie. Eandem sententiã
 rotundè satis extulit Palladius lib. I. 6. Fecundior est cul-
 ta exiguitas, quàm magnitudo neglecta. Adiangamus
 Plin. lib. I. 8. cap. 6. Modum agri in primis seruandum an-
 tiqui putauerunt. Quippe ita censebant, satius esse mi-
 nus serere, & melius arare. Qua in sententia video Vir-
 giliũ fuisse: verumque contentibus, latifundia perdi-
 dere Italiam, iam verò & prouincias.

Simulata laudatione verborum plerumque id ef-
 ferimus, quod toto pectore improbamus, atq; damna-
 mus: quo factum est, vt verbum ἐπαινω, quod Græcis lau-
 do significat, pro recuso, nolo, improbo adhibeatur. A-
 ristophan. in Ranis. ἔλαλις ἐπαινω. Nisi me fallit animus,
 eadem ratione dicendi Virgilius vsus est hoc loco. Nam
 latifundia improbat, modicumq; agri modum præfert:
 ac mihi videtur imitatus Hesiodum, qui scripsit lib. 2.
 ἐργ. καὶ ἡμερ.

*Nῆ ὀλίγην αἰεῖν, μεγάλη δ' ἐνὶ φορτίᾳ δέσαι.
 Exiguas laudat naves, oneratoq; magnas.*

Turneb. lib. 28. cap. 14. * Ad multas res hoc Virgilianum
 transferri, & sicem proverbij haud infulse obtinere poterit, cum Vi-
 delicet alicui mediocritatem in genere quocunq; suadere volueri-
 mus. Moderata enim vbiq; ferè tutiora sunt, & tractantur diligen-
 tius, & durant diutius, & procedunt felicitius. Studiose litterarum
 dicemus, Laudato ingentia rura, Exiguum colito. hoc sensu, laudat
 admirare frequentes bibliothecas, tu paucis, & bonis libris assiduo
 auoluendis contentus esto. Pauci enim nocturna, diurnaq; manu
 versati

Verfati, fructum pro impensa reddent. In Repub. Verfanti, & honores gerere incipienti, hoc sensu. Magnos viros puta, & ad posteros memorabiles, qui funguntur dictaturis, consulatibus: tu pratura, aut quaestura contentus esto. Regibus etiam cupiditatem complurium regnorum licet his verbis minuere. Quod optimè intellexit Antiochus Rex Asia, qui cum à L. Scipione Asiatico deuisus, Tauro tenuis regnare iussus esset, omnemq; panem Asiam amisisset, dicere solebat, benigne sibi à Pop. Romano factum, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis steretur. Retulsi M. Tull. orat. pro Deiotaro. Potest etiam dici his, qui πολυπραγδίας sunt cupidi. Praestat enim paucos habere liberos, quam plurimos, quod educandi labores, diurnaque, ac nocturna sollicitudines minores, & pauciores sint. **NEC NON ETIAM ASPERA RVSCI**) Laborandum igitur, & nullum à labore vacuum tempus prætermittendum. Iam enim rufci, & arundines, & iunci, aliaque vitium adminicula conquirenda: iam salicum vimina cedenda, & salicta colenda, ut vincula, & ligamenta firmiora non desint. Quibus omnibus peractis, ubi iam & vites deuinctæ palis, & depositæ falces, etiam si vinitor ad extremos antes peruenisse, & nihil operæ restare arbitretur, tamen adhuc tellus aranda, fodienda, pastinanda, & maturis quoque vuis cæli intemperies metuenda erit. **RVSCI**) Eclog. 7. *Horridior rusco, proiecta vilior alga ge-*

ANUS virgulti, aptum vitibus alligandis. **IAM VINCTÆ VITES**) Epilogus præceptorum de cultu vinearum, à quo transit ad olearum, & cæterarum arborum culturam, cum laboriosam minus, tum minus sumptuosam. **EXTREMOS ANTES**) Antes quadraturæ sunt ædificiorum, ex quo antæ vocantur quadraturæ columnæ. Ut antica, & postica opponuntur, ait Turneb. lib. 19. cap. 19. sic & in ianua antes, & postes: illi enim ante sunt, hi post. Quod & ab Isidoro relatum est lib. 15. cap. 7. unde explicandum est hoc Maronis: sunt enim in ingressu, qui & finis est laboris, cum ad eum peruentum est. * Antes, inquit Festus, sunt extremi ordines vinearum: unde etiam nomen trahunt antæ, quæ sunt latera ostiorum. Glossarium, Antes, εἴχοι ἀμπέλων. **ME TVENDVS IVP. VVIS**) Iouem pro cælo ponere, sollempne est poetis vtriusq; linguæ. Theocritus eid. d. X' ὁ ζεὺς ἀλλογα μὲν πέλει αἰθέρι, ἀλλογα δ' ὕει. Noster Georg. 1. *Iupiter humidus austris denset, erant, quæ rara modo.* Horat. Ode 1. lib. 1. *manet sub Ioue frigido Venator.* In quem locum plura ex eodem profert testimonia Lamb. Vuæ, quod intrinsecus humore sunt plena. Humidum, quod exterius humorem habet.

420 **Contrà, non vlla est oleis cultura: neq; illæ**
Procuruam expectant falcem, rastrosq; tenaces,
Cùm semel hæserunt aruis, aurasq; tulerunt.
Ipsa satis tellus, cùm dente recluditur vno,
Sufficit humorem, & grauidas cum vomere fruges.

425 **Hoc pinguem, & placitam Paci nutritor oliuam.**
Poma quoq; , vt primùm truncos sensere valentes,
Et vires habuere suas, ad sidera raptim
Vi propria nituntur, opisq; haud indiga nostræ.
Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit,

430 **Sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis:**
Tondentur cytisi: tædas sylua alta ministrat,
Pascunturq; ignes nocturni, & lumina fundunt.

ET DVBITANT HOMINES SERERE, ATQVE IMPENDERE CVRAM?

NON VLLA EST OLEIS CVLTVRA) Quod minus eget alio, siue alijs, secundum Aristot. lib. 2. de Rhetorica, melius esse intelligitur: est enim magis ἀτακῆς. Quæ autem in se posita omnia habent, inquit, suisque rebus contenta, non requirunt aliud, demonstratum est iam, bona esse. Hinc argumento ducto, Virgilius oleam viti anteposendam docet.

Veruntamen oleam cultum nullum requirere, in hoc Maroni ab omnibus reclamatur. Varro enim putari, ablaqueari, stramentis & amurca aquæ permixtæ circumfundi iubet. Idem ferè Columel. lib. de arboribus cap. 17. Et Plin. lib. 15. cap. 1. Virgilius dixit oleas non desiderare rastros, nec falcem, aut curam. Sine dubio & in his solum maximè, cælumq; refert: veruntamen attondentur, sicut & vitis, atq; etiam interradi gaudent. Consequens eorum vindemia est, arsque vel maior oleum, quam mustum temperandi. Idem rursus lib. 17. cap. 18. Vetus oliuetum ab æquinoctio verno circa Virgiliarum exortum interradi alternis annis, melius inuentum: item muscum circumdare radici. Circumfodi autem omnibus annis à solstitio duum cubitorum scrobe, pedali altitudine: stercoreari tertio anno. **CVM VOMERE**) abundat præposito, ut in illo Ennij. *Effundit voces proprio cum pectore sancto.* **PLACITAM PACI**) Insigne pacis est olea, proinde à caduceatoribus gestari solebat ra-

mus oleaginus. Virgil. lib. 8. *Paciferaq; manu ramum prætendit oliua.* **NVTRITOR**) nutri. Enallage generis, passiuum pro actiuo. **POMA QVOQ;** arbores pomiferæ, συνκεδοχικῶς. **TRUNCOS SEN. VALEN.**) ubi semel vires nactæ sunt: telluris enim adhuc adminiculo opus est. **OPIS HAUD IND. NOST.**) Lucret. lib. 1. de natura deorum loquens. *Ipsa suis pollens opis, nihil indiga nostri.* Claudian. *Nil opis externa cupiens, nil indiga laudis.* **FOETV. N. O. GRAVES CIT**) Sed & syluestres arbores sine cultura feraces sunt: & arbuta, in quibus aues nidificant, baccas suas depromunt. Cytisus etiam in agro plurimus sponte pronascitur: omni pecudum generi utilissimus, quod ex eo pinguescit, & lactis plurimum præbet. Tædas item syluæ educant, unde faces nocturnæ accenduntur, quæ agricolis lumen de se fundant. **RVBENT AVIARIA**) Syluæ, seu arbores, in quibus aues nidificant, auium loca, quæ supra domos auium dixit. **ET LVMINA FVNDVNT**) Lucret. lib. 4. *Semper enim noua se radiorum lumina fundunt.* **ET DVBI-VANT HOMINES SERERE**) ἀπιθάνημα σχελιστικόν, ad insectandam negligentiam, & locordiam humanam, cum par sit, quandoquidem natura tam multa arborum spontè nascentium genera ad usum vitæ producit, hanc ipsius sollertiam nos imitari artis & culturæ diligentia. Bersman. * *Incepimus hoc carmine illos, quos laborem*

apeffere in rebus honestate, & utilitate plenis tader. Cic. de finib. ni fallor, ipsa quærendi defatigatio turpis est, cum id quod quaritur sit pulcherrimum. Hoc ille in philosophia dixit, nos in alijs præterea multis adhibeamus.

Quod Cicero dixit pro lege Manilia, Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum transmittendum sit, qui ad omnia nostræ memoriæ bella diuino quodam consilio natus esse videatur? Ac post. Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perfecit? Et pro Cluentio. Et est quisquam, qui cum hæc cognouerit, suspicari possit, Oppianicum iudicio oppressum, & circumuentum esse innocentem? hæc, inquam, videntur similia esse illis, quibus ab oratore prolatis, Aristoteles affirmavit impelli non parum ad assentiendum eos, qui audiunt: astuta enim est hæc ratio eorum, qui agunt, vt dicentes, An est quisquam, qui hoc ignoret, siue, cuncti sciunt, præ pudore cogant auditores fateri, illo modo rem se habere: vult enim vnusquis-

que se participem haberi eius, quod reliquos tenere audit. In quo genere loquendi etiam ipsa interrogatio magnam vim habet ad perturbandum, ac statu mentis aliquando mouet aduersarium. Sic igitur etiam Virgilius multis iam demonstratis, quæ utilitatem rei rusticæ declararent, constitutoq; eo, quod ornare voluit, addidit hæc verba, *Et dubitamus adhuc serere, atq; impendere curam?* Eodem modo locutus est lib. 6. *Æneid. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?* Victor lib. 19. cap. 15.

Prouerbum rusticorum est, serere ne dubites, quod Virgilius addita figura extulit. Monemur eo, ne quædo pigeat eiusmodi rerum aliquid moliri, è quibus nihil omnino dispendij, plurimum emolumentum possit proficisci, si non in præsens, certe in posterum: si non nobis, at saltem posteris. Columella lib. 12. *Quare vulgare illud de arborum positione rusticis vsurpatum, Serere ne dubites, &c. Chiliad.*

- 435 Quid maiora sequar? salices, humilesq; genistæ,
Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus vmbra
Sufficiunt, sepemq; satis, & pabula melli:
Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Naryciæq; picis lucos: iuuat arua videre
Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.
- 440 Ipsæ Cauaseo steriles in vertice syluæ,
Quas animosi Euri assiduè franguntq;, feruntq;:
Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum
Nauigiis pinos, domibus cedrosq;, cupressosq;:
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris
- 445 Agricola, & pandas ratibus posuere carinas.
Viminibus salices fœcundæ, frondibus vlni.
At myrtus validis hastilibus, & bona bello
Cornus: Ityræos taxi torquentur in arcus.
Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum,
- 450 Non formam accipiunt, ferroq; cauantur acuto:
Nec non & torrentem vndam leuis innatat alnus
Missa Pado: nec non & apes examina condunt
Corticibusq; cauis, vitiosæq; ilicis aluo.
Quid memorandum æquè Baccheia dona tulerunt?
- 455 Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furentes
Centaurus letho domuit, Rhætumq;, Pholumq;,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

QVID MAIORA SEQVAT? Interrogatio inserta quasi ad renouationem facit propositæ narrationis, quasi dicat, quid attinet maiorum arborum commemorati-
oni inhærere, cum & humiles arbusculæ magno vsui esse queant? Quadruplex porro salicū, genistarumq; vsus ostenditur. Præterea buxum, cuius magna copia in Cytoro monte Paphlagoniæ, (quamobrem à Catullo buxifer, & Theophrastus libr. 3. histor. plantar. καὶ γὰρ τὰ κίτωρα τοῦτον ὄρεος, ὅ πλείονα αὐξίς γίνεται.) videmus prouenire sponte sua in montibus, piceas (quæ frequenter apud urbem Locridis Narycem) in syluis. Quin & arua inculca ac neglecta, habent tamen commoda quæ-

dam, & voluptates suas. Adde his alias quasdam infrugiferas & steriles, quæ in altissimis montibus procreantur, assiduè impulsæ, & agitatae ventorum flatibus, quæ solummodo materiam edificij, & variorum operum structuris suppeditant. Nam syluæ, & montes sua sponte arbores eiusmodi producant, ex quibus alia, atq; alia opera parantur: vtilis, & idoneas nauibus pinos, domibus cedros, & cupressos, ex nonnullis radij rotarum, & vehiculorum tecta, & nauium carinæ aptissimè confici possunt. Item absq; hominum ope nascuntur idoneæ vitibus, & pedamentis salices, & vlni frondosissimæ, & myrti aptissimæ hastilibus, & cornus bellicis instrumen-

tis idonea, hastis maximè. Taxus etiam ad arcus accom-
modata, quales optimi Ityræi. [Cic. 2. Philipp. Cur homines
omnium gentium, maximè barbaros Ityræos cum sagittis deducis in
forum?] Et tilia atq; buxus apta torno, & operis rasilibus.
Nec non & alnus nauigiis, atq; lembis, ilex apum aluea-
riis, quæ etiam è corticibus eius fiunt. FOECVN.FROND.
VLM I) Vlmus nomen accepit, quòd viginosis lo-
cis, & humidis melius proficit. Nam in montanis & af-
peris minus læta est. QVID MEM.ÆQ.BACCH.D.TVL.)
At vites longè alios, horumq; dissimiles fructus reddūt,
quæ etiam malorum causa possunt existere. Nam vino
madidi Centauri, & Lapithæ, orta inter ipsos rixa, mutuis
vulneribus, siue cædibus conciderunt. ILLE FVR.CENT.)
Huius pugna, & stragis in conuiuio nuptiali editæ, cum

nampe Hippodamen duceret uxorem Pirithous, me-
minit Horatius quoque Ode 18. lib. 1.

*At, ne quis modici transiliat munera Liberi,
Centauræa monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata.*

Describitur ab Ouid. Metamorph. lib. 12. Meminit præ-
terea Propert. lib. 2. eleg. 6.

*Aspera centauros eadem dementia iussit
Frangere in aduersum pocula Pirithoum.*

RHOETVMQ.) legendum, Rhæcum (gigantis nomē est)
etiam apud Horat. Ode 19. lib. 2. Centauri dicti, quia sti-
mulando boues furentes apud Pelion Thesaliæ motem
insequantur. Vide Palæphatum, Higynum cap. 33. &
62. Naraem lib. 7. cap. 4. Diodorum lib. 4. cap. 8.

O FORTVNATOS NIMIVM, SVA SI BONA NORINT,
AGRICOLAS: quibus ipsa procul discordibus armis,
460 Fundit humo facilem victum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Manè salutantum totis vomit ædibus vndam,
Nec varios inhiant pulchra testudine postes,
Illusasq; auro vestes, Ephyreiaq; æra,
465 Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui:
At secura quies, & nescia fallere vita,
Diues opum variarum: at latis otia fundis,
Speluncæ, viuiq; lacus: at frigida Tempe,
470 Mugitusq; bouum, mollesq; sub arbore somni
Non absunt: illis saltus, ac lustra ferarum,
Et patiens operum, paruoq; assueta iuuentus:
Sacra deum, sanctiq; patres: extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.

Encomium istuc vitæ agriculturalum, quo poeta no-
ster hunc librum claudit, cuius tot commoda tam lu-
culentis & verbis, & sententiis demonstrat, eaque in-
commodorum vrbanoꝝ contentione illustrat, & am-
plificat, hoc, inquam, encomium ornatissimum vitæ
rusticæ imitando, effinxit suum illud vitæ, quæ pro-
cul ab vrbibus in syluis, & agris degitur Seneca in
Hippolyto, quo adolescens aduersus impuram nutri-
cem vititur. Hoc ipsum, vt exemplar intuitus est Po-
litianus sylua, cui epigraphe Rusticus. *Felix ille animi,
diuisq; simillimus ipsis, quem non mendaci, &c.* Multò
autem manifestius longe infra.

*O dulces pastoris opes, o quanta beatum,
Quam tenet hunc tranquilla quies? ut pectore toto
Latitiam, totaq; fouet bona gaudia mente?
Nempe odij fraudumq; expers, exemptus inani
Ambitione, vacansq; metu, spe liber, & insons,
Natiuo cultu, & gazæ pradiues agresti,
Ipse sibi viuunt nullo sub teste, suoq;
Pendet ab arbitrio, suus ipse est censor, & alto
Calcet. opes animo, ac regum deridet honores.
Si non Tanariis illi stant fulta columnis
Robora, calatumq; alte laquearia subter
Ridet ebur, postemue silex Asaroticus ornat,
Nec Maurusiacos pulchra testudinis orbes*

*Delphica sustentat, nec docto trita Myroni
Pocula multiplici florent radiantia gemma, &c.*

Cum ista porrò prædicatione Maroniana, confer aliam,
quæ est in Culice eiusdem, sanè haud minus elegans, nec
minus iucunda legentibus.

*O bona pastoris, si quis non pauperis usum,
Mente prius docta fastidiat, & probet illis
Omnia luxuria pretiis incognita curis, &c.*

Laudatores habet permultos vita rustica. Nominabo
aliquos. Xenophon in Oecon. *Ἰαυλάδης, ὁ κρηϊόβουλος, ἐν τῷ
διηγύμῳ ἐστὶν ὁ Σωκράτης, &c.* Cato præfat. libri sui. Varro
lib. 1. cap. 2. Colmell præfat. & cap. 1. lib. 1. Victorius
orta. 2. vbi etiam Georgica commendantur. Orat. pro
Sex. Roscio comparans Cicero vitam vrbanam cum ru-
stica, sic habet. Vt non omnem frugem, neq; arborem
in omni agro reperire possis: sic non omne facinus in
omni vita nascitur. In vrbe luxuries creatur: ex luxurie
existat auaritia necesse est: ex auaritia erumpat audacia,
inde omnia scelera, ac maleficia gignuntur. Vita autem
hæc rustica, quam tu agrestem vocas, parsimonia, dili-
gentiæ, iustitiæ magistra est. Cum hoc Ciceroniano
præconio, nec non cum Virgiliano valde consentit, atq;
conspirat locus ille pulcherrimus Lucretij lib. 1. quo
Dd 3 fruga-

frugalitatem aduersus opulentiam, vitamq; inhonorabilem ac priuatam contra ambitionem celebrat, nimium hisce versibus.

*Diuitia grandes homini sunt viuere parce
Equo animo, neq; enim est vnquam penuria parui.
At claros se homines voluere esse, atq; potentes,
Vt fundamento stabili fortuna maneret,
Et placidam possent opulenti degere vitam:
Nequidquam, quoniam ad summū succedere honorem
Certantes, iter infestum fecere viai.
Et tamen è summo, quasi fulmen deiecit istos
Inuidia interdum contemptim in tartara tatra:
Vt satius multo iam sit parere quietum,
Quam regere imperio res velle, ac regnatene.
Proinde sine incassum defessi sanguine sudent,
Angustum per iter luctantes ambitionis.*

Et Claudian. lib. 1 in Rufinum, vbi eiusdem inexplibilem auaritiam persequitur, & vitam frugalem, seu paucis contentam dilaudat.

*Fabricius pauco spernebat munera regum,
Sudabatq; grani consul Serranus aratro,
Et casa pugnantes Curios angusta tegebat.
Hec mihi paupertas angustior: hac mihi tecta
Culminibus maiora tuis. tibi querit inanes
Luxurios nocitura cibos: mihi donat inemptas
Terra dapes. rapiunt Tyrios tibi vellera succos,
Et picturata saturantur murice vestes, &c.*

Nos quoq; cum dialogos de re rustica conscriberemus, à laudibus vitæ rusticæ exordium cepimus prima parte volum. tertij: dialogus est numero 22. Iacob. Pont. SVA SI BONA NORINT) Equopiam poeta Comico Seneca ad Lucilium profert hunc versiculum, *Non est beatus, esse qui se nesciat*, populari sermone iactatum utiq; vt sit credibile. sensus est, haud videri satis, vt ad sit felicitas, nisi felicitatem tuam intellexeris, quod alludit Virgilius. Eodem pertinet, quod Martialis inter felicitatis calculos hunc quoq; commemorat. *Quod sis, esse velis*. Quid enim felicitus libertate? Atqui videas non paucos, qui fortem deplorent suam, quod in Principum aulis locum non inueniant. Verum, vt beatus non est, qui se non putat beatum: ita bis miser est, qui cum animi malis sit infelix, tamen sibi videtur felix. Etenim vt qui sanus est, & sibi videtur ægrotus, non fruatur suo bono: ita qui morbo tenetur, non intelligens suum malum, longissimè abest à sanitate: quippe qui vsq; adeo sanabilis non sit, vt sit etiam insanabilis. Chiliad. QVIBVS IPSA PROCVL DISCORD. ARMIS) Accommodatè his, & sequentibus Tibull. initio eleg. 1. lib. 1.

*Diuitias alius fuluo sibi congerat auro,
Et teneat culti ingera magna soli,
Quem labor assiduus vicino terreat hoste,
Martia cui somnos classica pulsa fugent:
Me mea paupertas vita traducat inertem,
Dum meus assiduo luceat igne focus.
Ipse seram teneras maturo tempore vites
Rusticus, & facili grandia poma manu, &c.*

FVND. HVMO. F. V. IVSTISS. TELLVS) Magnum, & primum commodum, victus facilitas, quem agricolis iustissima tellus (quæ scilicet nunquam recusat imperium, & cum fœnore plerunq; multo reddit quod accepit) citra periculum, id est, citra certamina, & iurgia profundit.

In ijs quæ rationis sunt expertia, non magis est obedientia (inquit Iouian. de Obedientia lib. 1.) quam iustitia, beneficentia, pietas, fides. Quamquam Maro noster dicit, *Fundis humo facilem victum iustissima tel-*

lus. Sed concessum sit poetis iocari, & lasciuire, quod eorum est facultatis: ijs autem qui veritatem aut solam, aut maximè sequuntur, eadem licentia non est. Muta enim animalia, & quibus nec mens, nec consilium est, humanis carent & virtutibus, & vitijs. Sed quid agas? vocabulorum inopia laboratur. Deum irasci, misereri, angere, furere, quodq; languentis, ac defecti labore corporis est, & cessare, & quiescere dicimus. Quocirca minus mirari debemus, cū iratum mare, cælum clemens, apes Rempublicâ habere, & futuris casibus prospicere dixisse prius legimus. Nam etsi in belluis quædam sunt similitudines, & quasi vestigia humanorum affectuum, virtutes tamen, & vitia propria sunt hominum.

B * Quod de parabili victu, terrestribusq; rusticorum cænis Maro canit, & in eo beatos illos affirmat, grauis auctor Clemens Alexandrin. Pedagogi lib. 2. his verbis confirmat. Qui escis stantur Silistimis, sunt robustiores, saniores, generosiores, & famuli dominis, & agricola possessoribus: nec solum robustiores, sed etiam prudentiores, & philosophi diuitibus. Tametsi Virgilius agricolas intelligit, non qui alijs, aut etiam dominis suis mercede, sed qui ipsi suos sibi agros colunt, vitam degentes rusticam. Quomodo autem tellus iustissima sit, ita declarat Xenophon in Oeconomico. Prætereater sua sponte eos qui animaduertere possunt, iustitiam docet. Eos qui salde officiosi erga eam fuerunt, plurimis beneficijs remunerantur. Si quando autem hostili multitudine ingruente operarum labore priuentur, ij qui versantur in agricultura, & acriter, & viriliterq; instituuntur, quia vires corporum, & animorum sibi comparant, (nisi Deus impediatur) in fines hostium, quibus ab opere reuocantur, impetu facto, possunt agere pradas, atq; sibi alimenta populari.

C SI NON INGENTEM FORIBVS DOMVS, &c. Totus hic locus à Lucretio proflexit, lib. 2.

*Si non aurea sunt iuuenum simulacra per ades,
Lampades igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis vt suppedientur,
Nec domus argento fulget, auroq; renidet,
Nec citharis reboant laqueata, aurataq; templa,
Attamen inter se prostrati in gramine molli
Propter aquarum sub ramis arboris altae,
Non magnis opibus incunde corpora curant.*

Eadem quoq; aura respondere mihi videntur hi versus apud Propert. lib. 3. eleg. 2.

*Quod non Tanarijs domus est mihi sulca columnis,
Nec camera auratas inter eburna trabes,
Nec mea Pheacias equant pomaria syluas,
Non operosa rigat Martius antra liquor,
At Musæ comites, & carmina cara legenti,
Et defessa choris Calliopea meis
Et in Culice Maronis.*

*Si non Assyrio fuerint bistincta colore
Atalidis opibus data vellera, sinitor auri
Sub laqueare domus animum non tangit auarum,
Picturæq; decus lapidum, nec fulgor in villa
Cognitus utilitate manet, nec pocula grata
Alconis referunt, Boetiq; toreuma, nec Indi
Conchea bacca maris pretio est: at pectore puro
Sape super tenero prosternit gramine corpus,
Florida cum tellus gemmantes picta per herbas
Vere notat dulci distincta coloribus arua.*

E Hæc sagacissimus locorum similitum apud nobilissimos quosque scriptores indagator Germanus Valens studiofissimè obseruauit.

Signa collocabantur in portis urbium, ea salubant, & eorum dexteris osculabantur & qui peregre proficiscebantur, & qui peregre redibant. Collocabant & patroni statuas in figuram, & formam suam conformatas, pro valuis ædium suarum, vt eas clientes venerantur, & oscularentur, si quando illi copiam sui facere non possent, vt notat Alciat. τὰ πρὸς τὸν ἴουρις lib. 8. cap. 10. Huius salutandi moris, matutini videlicet, quod clientes potentioribus amicis, & patronis, ad eorum atria con-

fluen-

fluentes factitabant, infinita sunt apud Latinos scriptores exempla. Cic. ad Brutum. Hæc scripsi in ipsa turba matutinae salutationis. Q. F. de petit. consulatus. deductorum officium maius est, quam saluatorum. Martial. lib. 4.

*Prima salutantes atq; altera distinet hora,
Exercet rancos tertia caustidicos.*

Qui plura testimonia requirit, videat Ioan. Bernartium in Statium, ad 3. Thebaid. TOTIS VOMIT AED. VND.) Bellè, vomit vnam, & antiquè. Nam Ennius ait, *Et Tiberis flumen vomit in mare salsum.* Vnde & nunc vomitoria in spectaculis dicimus, vnde homines glomeratim ingredientes, in sedilia se fundunt. Macrobius lib. 6. cap. 4.

* Ad Strumq; genus signorum referi potest illud Lucretij lib. 1.

*----- tum portas propter, abena
Signa manus dextras ostendunt attenuari,
Sæpe salutantum tactu, præterq; meantum.*

Habebant aut superbi isti clientium tyranni (quos & Reges, & Dominos vocatos ex multis locis Valerij Martialis colligitur) libros, in quibus admittendorum erant conscripta nomina, distributa per classes, primam, secundam, & deinceps: vt nimirum eo ordine salutare permitterentur. Ita contingebat, vt qui summo mane venerat, partem de solida nonnunquam expectando nocte demeret, antequam intromitteretur: eo quod vltimarum classium esset. quare meritò vocat Seneca duras fores, superbos regum aditus, & expertem somni clientulum illas colere. Consuetudinis assiduus testis Iuuenalis, Satyr. 5.

*----- sollicitus, ne
Turba salutatrix iam tota peregerit orbem,
Sideribus dubijs, aut illo tempore, quo se
Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ.*

Hoc est, nocte media. Et ipsamet Seneca lib. 6. de Benefic. Quid? tu libros, quos vix nomenclatorum complectitur aut memoria, aut manus, tu amicorum æstimas esse? non sunt isti amici, qui agmine magno ianuam pulsant, qui in primas & secundas admissiones digeruntur. consuetudo est ista veteribus regibus, regesq; simulantibus, populum amicorum describere. Delius in Herc. Fur. Senecæ. NEC VARIOS INHIANT) Inhiant, est habere desiderant, vel affectant cum auiditate quadam. Vsurpauit hoc verbum quarto casu & Plautus. Nam illic homo tuam hereditatem inhiat, quasi esuriens lupus. TESTVD. POSTES.) Postis proprie est latus ostij, siue arrectarium portæ, vnde ostium pender, quasi post ostium stans. ILLVSAS QVE AVRO VESTES) Id est, in quibus artifex velut ludens, auro aliqua depingit. Ita Seruius. Et alludit ad Mæandros illos, siue flexuosos, & in se remeabiles limbos, qui veluti ludus quidam sunt acupictorum. EPHYREIA QVE AERA) Vasa Corinthia. Corinthus aliquando Ephyra, ab Oceani filia huius nominis. Ephyreæm Laidem vocat Propertus, non quod esset ibi nata: fuit enim Sicula natione: sed quod ibi diu vixisset: quare & Corinthia dicta est ab omnibus. Florus, vbi Corinthi ruinas exponit, Quid signorum, quid vestium, quidue tabularum raptum, incensum, proiectum est? quantas opes victor abstulerit, & cremarit, hinc scias, quod quidquid Corinthij æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nam & æris notam pretiosiore ipsa opulentissima vrbs fecit iniuria, quo incendio perustis plurimis statuis, atque simulacris, æris, auri, argentiq; venæ in commune fluxere. Hac æra Ephyreæ, quibus cum vehementius caperetur Augustus, etiam dici Corinthiarius cepit. Quamuis autem æs Corinthium ex multis metallis conflatum, confusumq; ex incendio illo Co-

Arinthi multi accipiant, ob illam Plinij auctoritatem: casus hoc miscuit, cum Corinthus caperetur incensa, tamen id longè ante vrbs eius euerfionem extitisse certum est. Plura habes apud German. Ob artem ipsam, confecturæq; modum, quo Corinthi fiebat, sic appellatum constat. Candens enim æs frigidissimo in fonte Pirenes demergebatur, ex quo aquæ illius occulta vi, singulare temperamentum, speciemq; illam saturatè cohibebant massæ, quibus ad vasa, & statuas, cæteraq; id generis reddebatur aptissima, speciemq; & decorem eximium contrahebant. Leonicus lib. 1. cap. 58. De ære Corinthio disputat & Plutarchus lib. de Pythia oraculis. Vide & Muret. lib. 3. cap. 5. Iacob. Pont. ASSYRIO FVCATVR B LANA VENENO) Initio purpura inficiebantur solæ lanæ: siquidem omnia tum vestimenta erant lanæ. Virgil. eclog. 4. *Ipsæ sed in pratis aries iam suauè rubenti Murice.* Horat. *Muricibus Tyrijs iteratè vellera lanæ.* Martial. *Nec quæ de Tyrio murice lanæ rubet.* Ouid. *Phocæico bibulastingeat murice lanæ.* Assyrium venenum, tinctura Babylonica. Plinius tamen lib. 7. cap. 56. inficere lanas, Sardibus Lydos primùm inuenisse auctor est. CASIA LIQVDI) Casia frutex, qui oleo maceratus, oleum, siue vnguentum reddebat suauissimum. AT SECVRA QUIES) Tametsi agricolæ non habitant ædes splendidas: nec habent clientes, qui eos manè turmatim salutatum veniant: nec gerunt vestes purpureas, & auro intertextas: nec vnguenta olent: nihilominus animis tranquilliss, & bonis potioribus fruuntur. Recitemus cognatos Hesiodi versus.

*Εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κοῦρηρός, ἔδδ' ἀπὸ ἀλοῖς
Ἀργαλέον πόλεμον ἰεχμαίρετ' εὐρύσπα Ζεῦς.*

Deinde.

*Τοῖσι λείηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνδοῦσιν ἐν ἀλῆ. Et.
Θάλλουσι δ' ἀγαδοῖσι διαμπερές, ἔδ' ἐπὶ νηῶν
Νείσσοισι, κερπὸν δ' φέρει Ζεῖδωρος ἄρουρα.*

Adducuntur ab Vrsino.

Quod magis remota ab omni periculo detrimentoque putatur vita agriculturalum, in quaq; securius viui posse videtur, habet etiam ipsa sua quædam vlcera, ac stimulos, qui pungant animum, atq; omni statu quietis deturbent. Id eleganter cecinit Horat. Ode 1. lib. 3. qua docet, contentum rebus necessarijs, non perturbari vllis rebus incommodis, quæ stultos semper excruciant.

*Non verberate grandine vineæ,
Fundusq; mendax, arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hyemes iniquas.*

Sed Epist. quoq; 8. lib. 1. vbi ἀκνδία quadam se teneri ostendit.

----- hand quia grando

*Contuderit vites, oleamq; momorderit æstus:
Nec quia longinquis armentum agrotet in aruis.*

Eadem autè studij huius vlcera enumeratur etiã à græco poeta, cuius verba leguntur in sermone de morte, qui vnus est ex adulterinis Platonis: ita enim ait eius auctor. ἀλλ' ἢ γεωργία γλυκὺ δῆλον. ἀλλ' οὐχ ὅλον, ὡς φασίν, ἔλκος αἰεὶ λύπης πρὸς φασιν εὐεῖς κέμων; κλαῖον νυνὶ μὲν ἀνχμὸν, νυνὶ δὲ ἐπομυρίας, νυνὶ δὲ δῆκασιν, νυνὶ ἐρυσίην, νυνὶ δὲ θάλπος ἀκαεσόν, ἢ κρύος; At iucunda est agricultura. Est sanè. At non totum, quod aiunt, vlcus semper doloris causas inuenit? quum videlicet modò siccitatem deploret, modò imbres, modò vredinem, modò rubiginem, modò calorem intempestiuum, vel frigus? Sed ex collatione etiam horum locorum, quomodo Græci appellēt morbos hos eorum, quæ è terra oriuntur, perspicitur. Victor. lib. 5. cap. 5. DIVES OPVM VARIAR.) Locuples à copia

419

à copia locorum: diues, quia diuidendi facultatem habet: opulentus ab opibus: potens, qui quod vult, potest: fortunatus, cui forte aliquid contigit: beatus, qui apud Græcos *μακάριος* est: pecuniosus, qui habet pecuniam, vel pecora. Cornel. Fronto.

De diuitijs rusticis licet M. Tull. audiamus in Cato. Mea quidem sententia haud scio, hac an vlla vita beator possit esse: neq; solum officio, quod hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris: sed & delectatione, quam dixi, & saturitate, copiaq; omnium rerum, quæ ad victum hominum, ad cultum etiam deorum pertinent: vt, quoniam hæc quidam desiderant, in gratiam iam cum voluptate redeamus. Semper enim boni, assiduiq; domini referta cella vinaria, olearia, mellearia, & penuaria est, villaq; tota locuples est: abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Iam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. **LATIS OTIA FUNDIS**) A latitudine fundorum. Fundus sic dictus Varroni, quod pecudum, ac pecuniæ sit fundamentum: vel quod fundat quotquot annis multa. **VIVI LACVS**) sunt naturales. Indicat fontes, riuos perennes, flumina manantia. Cic. 2. de nat. deor. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores pellucidos amnium, riparum vestitus viridissimos, speluncarum concauas altitudines, saxorum asperitates, impendentium montium altitudines, immensitatesq; camporum, **AT FRIGIDA TEMPE**) Quæcunq; loca amœnitate & salubritate præstant, Tempe vocari consueuerunt. ab illis videlicet, quæ sunt in Thessalia, quæq; ab Æliano describuntur Var. histor. cap. 1. lib. 3. Est locus, inquit, inter Olympum, & Ossa situs. Sunt autem hi montes altitudine immensa præditi: & quasi diuina quadam cura disuncti, & quæ sequuntur, digitum ad locum intendi. Vide & Plin. lib. 4. cap. 8. De his item Ouid. *Metam.* lib. 1.

*Est nemus Æmonia prærupta quod vndiq; claudit
Sylua, vocant Tempe, per qua Peneus ab imo
Effusus Pindo spumosis voluitur vndis, &c.*

Tempe, vt dictum est, propriè sunt illa Thessaliæ, Bœotia Teumessia, Sicilia Eloria. **MVCITVS Q. BOVM**) Armentorum indicatur copia, & rei pecuariæ abundantia. Ouid. lib. 1. de remed. amor. vbi similiter huius vitæ gaudia persequitur.

*Parte sonant alia sylua mugitibus alta,
Et queritur vitulum mater abesse suum.*

In Culice autem inter alias iucunditates etiam auium meminit Virgil.

*At volucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt resonantia cantus.*

Berfman. **MOLLES QVE SVB ARBORE SOMNI**) A quietis dulcedine. Horat.

Libet iacere modo sub antiqua ilice,

Modo in tenaci gramine.

Labuntur altis interim ripis aqua,

Queruntur in syluis aues,

Fontesq; lymphis obstrepunt manantibus,

Somnos quod innitet lenes.

Incerti poetæ hemistichium adducit hoc loco Seruius, quod ad verbum reddidit Virgil. *μαλακὸς δ' ὑπὸ δένδρεσιν*

475 **ME VERO PRIMVM DVLCES ANTE OMNIA MVSÆ,**
Quarum sacra fero ingenti percussus amore,
Accipiant, cæliq; vias, & sidera monstrent:
Defectus solis varios, lunæq; labores:

Vnde

*ἄνοι. * Si vacat, lege aliquot epigrammata græca lib. 1. Tit. eis δ' ἰδρα, quorum eadem pane est, qua versicolorum Horatianorum sententia. Etiam ibi viatores ad umbram, somnosq; mollissimos inuitantur suavissimè. SALTVS, AC LVSTRA FERARVM)*

Feras nominat Lucret. animantes omnes rationis expertes, etiam eas, quæ minimè sunt feræ, aut immanes, vt sunt oues, canes, &c. atq; ita veteres alij sæpe locuti sunt. Cic. lib. 1. Off. neq; vlla re longius absumus à natura ferarum, in quibus inesse fortitudinem sæpe dicimus, vt in equis, in leonibus: iustitiam, æquitatem, bonitatem non dicimus: sunt enim orationis, & rationis expertes. Gifan. in Lucret.

Saltuum ac ferarum mentione venationis indicat voluptatem, de qua & in 1. Georg. & Horat.

*Aut trudit acres hinc & hinc multa cane
Apros in obstantes plagas, &c.*

Laudat item à laborum tolerantia. Nam ex agricolis, vt Cato dixit, & viri fortissimi, & milites strenuissimi euadunt. Item à religione. **EXTRMA PER ILLOS IVSTITIA**) Aratus. *Καὶ ἴσθ' ἐμίσσησ' ἀδὴν κείνων γένος ἀδρῶν, ἔπειτ' ὑπεργαίν.* Olim deos cum hominibus familiariter in terris versatos, dum scilicet illi pietatem colerent, poetæ fabulantur. A qua postquam descuerunt, & in scelera præcipites abire ceperunt, illi terris desertis, in cælum remigrarunt. Hoc istis versibus testatus est Catullus, in carmine de nuptijs Pelei, & Thetidis.

*Præsentem namq; ante domos inuisere castas
Calicola nondum spretâ pietate solebant.
Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando,
Iustitiamq; omnes cupida de mente fugarunt,
Perfudere manus fraterno sanguine fratres,
Destitit extinctos natus lugere parentes,
Optavit genitor primam funera nati,
Liber vt innupta poteretur flore nouerca,
Ignaro mater substernens se impia nato,
Impia non verita est diuos scelerare penates,
Omnia fanda, nefanda malo permista furore,
Iustificam nobis mentem auertere deorum.
Quare nec tales dignantur visere cætus,
Nec se contingi patiuntur lumine claro.*

Eadem pæne Ouid. in descriptione ferrei sæculi, *Metamorph.* lib. 1. vbi iustitiam prostremam discessisse narrat.

*Victa iacet pietas: & virgo cade madentees
Ultima caelestum terras Astræa reliquit.*

Commendat igitur agricolas à studio iustitiæ poeta, apud quos diutissimè illa, terris emigratura, commorata sit. Quin etiam nascente Ecclesia, & adhuc integris, in corruptisq; primorum Christianorum moribus, caelestes in terris sæpenumero visi, & cum hominibus tanquam ciuibus ac domesticis suis, vt Paulus vocat, familiarem in modum colloqui sint, neminem opinor dubitare. At istis sæculis nostris deploratissimis, quibus late dominatur improbitas, & omnium rerum licentia, non lucis, sed tenebrarū angeli se miscunt hominibus, vaganturq; passim: ac pro inuidia sua erga genus nostrum non commoda nostra, sed calamitates, non salutem nostram, sed exitium crudelissimum assiduè nobis moliuntur. Iacob. Pont.

- Vnde tremor terris: qua vi maria alta tumescant
 480 Obijcibus ruptis, rursusq; in se ipsa residant:
 Quid tantum Oceano properent se tingere soles
 Hyberni, vel qua tardis mora noctibus obstet.
 Sin, has ne possim naturæ accedere partes,
 Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis:
 485 Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes:
 Flumina amem, sylvasq; inglorius. ô, vbi campi,
 Sperchiusq;, & virginibus bacchata Lacænis
 Taygeta: ô, qui me gelidis in vallibus Æmi
 Sisset, & ingenti ramorum protegat umbra.

ME VERO PRIMVM DVL.) Sic Horat. Ode i. lib. i. A se beatissimum fore pronuntiat, si Lyrici nomen adipiscatur, cum in studio poetico summas habeat voluptates suas. Confer totam Oden cum his, & sequentibus versibus non paucis. Quod apud Virgilium primo, apud Flaccum postremo loco est: sic enim in extrema Ode canit.

*Me doctarum edere premia frontium,
 Dijs miscent superis: me gelidum nemus,
 Nympharumq;, leues cum Satyris chori
 Secernunt populo: si neq; tibias
 Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
 Lesboum refugit tendere barbiton.
 Quod si me Lyricis uatibus inseris,
 Sublimi feriam sidera vertice.*

Et Theocritus, ἐμοὶ μῶσα φίλαι, καὶ ὠδή. Ita Dionysius, με μυσάων φέρει νόσος. Sic Pindarus, ἐπ' ἄλλοισιν ἄλλοι μεζάλοι, ἐμοὶ δὲ μῦσαι κερσεράτων βέλος. Præfert igitur Virgilius vitam litteris deditam vitæ rusticæ, quantumuis illa urbana præferenda sit, quod docuit. [Germanissimus locus est huic Maroniano ille Lucretij lib. i.

----- sed acri
 Percussit thyrsos laudis spes magna meum cor,
 Et simul incussit suauem mi in pectus amorem
 Musarum, quo nunc instinctus mente vigenti
 Auia Pieridum peragro loca.]

Suam autem personam, ut animaduertit Seruius, pro quacunq; ponit: sicut paulò post, *Rura mihi placeant mihi*, pro cuiuslibet posuit. Sic in i. *Non illa quisquam me nocte per altum Ire*. In 3. *Ne mihi tunc molles sub diuo corpore somnos*.

Quanto sinceriores maioresq; sint latitiae, ex artibus ingenius animo oborientes, quam quæ ex epulis, rebusq; Veneris nascuntur, docuit diuinitus contra Coloten Plutarchus lib. i. Quas verò æquum est, & idoneum, inquit, hilaritates, & gaudia vocare, nihil contrarij habent admixtum, nullam inflammationem doloris, nihil quod mordeat, cuius nos pœniteat, sed animi proprium, ei reuera cognatum, germanum, non ascitum, quod eas comitatur, bonum est, non abiunctum à ratione, sed coniunctissimum, ab ea parte intelligentiæ suæ crescens, cuius pabulum est contemplatio: vel ab ea quæ actiuosa est, quam omnia pulchra & magnifica delectant. Quarum utraq; quot & quantas procreet voluptates, dicendo qui velit persequi, nullum exitum reperiet. Ut tamen paucis rem attingam, se se primum offert historia, &c. Rursum eodem lib. Minime tamen sefellere Epicurum voluptates corporis tanquam Eresias ventos, &c. Sed nihil profecto ad sententiam poetæ confirmandam, illustrandamq; vidi aptius illis è Lucullo Tulliano verbis. Neq; tamen istas quæstiones physicorum exterminandas puto. Est enim animarum ingeniorumq; naturale quoddam quasi pabulum, consideratio, contemplatioq; naturæ: qua erigimur, altiores fieri videmur: humana despiciamus: cogitantesq; supera, atq; cælestia, hæc nostra ut exigua, & minima contemnimus. Indagatio ipsa rerum tum maximarum, tum etiam occultissimarum, habet oblectationem. Ad id quod agimus, vehementer appositum est peruentum, quoddam Plinij epistolium; numero 19. lib. 8. videlicet. Totum adscribemus.

C. Plinius Maximo suo S.

Et gaudium mihi, & solatium in litteris: nihilq; tam latum, quod his latius: nihil tam triste, quod non per has sit minus triste. Itaq; & infirmitate vxoris, & meorum periculo, quorundam verò etiam morte turbatus, ad unicum doloris leuamentum studia confugio: quæ præstant, ut aduersa magis intelligam, sed patientius feram. Est autem mihi moris, quod sum daturus in manus hominum, ante amicorum iudicio examinare, in primis tuo. Proinde si quando, nunc intende libro, quem cum hac epistola accipies, quia vereor ne ipse, ut tristis, parum intenderim. Imperare enim dolori ut scriberem, potui: ut vacuo animo letosq;, non potui. Porro ut ex studijs gaudium, sic studia hilaritate proneniunt. vale.

Si longior in hoc loco fui, merebor veniam, puto, apud Musarum filios, atq; satellites, quibus de eo quod sibi quotidie iucundissimum experiuntur, etiam multa & crebrò audire nō potest iniucundum accidere. Mvs.Æ) Mirabilem, prorsusq; incognitam multis originem Musarum refert Clemens Alexand. Exhort. ad gentes. Musæ, quos Alexander ait genus ducere à Ioue, & Memoria, & reliqui poetæ, & scriptores ut deas eas habent, & colunt, quin & totæ ciuitates Musis musæa extruunt, eas cum essent seruæ, emit Megaclo filia Macaris. Macar autem erat quidam rex Lesbiorum: semper autem litigabat cum vxore. Matris porro vicem dolebat Megaclo. Quid ni enim doleret? Et Musas has ancillas tot emit numero, & Mysas vocauit lingua Æolica. Has docuit canere, & vetera facta numerosè ad citharam modulari. Illa verò, cum cithara assiduo sonarent, & pulchre incantarent, Macara demulcebant, & eius iram sedabant. Qua de causa Megaclo, ut pro matre referret gratias, posuit columnas æneas, & per omnia sacra iussit honorari. Et sunt Musæ quidem tales. Est autem historia apud Myrsilum Lesbium.

Musarum nomen non de poematis duntaxat, sed de quacunq; doctrina liberali usurpari certum est. Cic. Tulcul. 5. Quis est enim omnium, qui modò cum Musis, id est, cum humanitate & doctrina habeat aliquod commercium. In Orat. perf. Nec satis autem instructa ad forenses causas, quas, ut illi ipsi dicere solebant, agrestioribus Musis reliquerunt. Ad Att. lib. 2. cum omnibus Musis rationem habere cogito. Hinc indoctus vocatur Græcis ἀμυσος, id est, auersus à Musis. Rectissimè nimirum Musæ pro disciplinis, si ἀπὸ τῆς μῦσεως, id est, ab inquisitione dictæ sunt Musæ, ut Phurnuto placet, qui singularum nomina interpretatur. Iacobus Pont. QUARVM SACRA FERVO) Quia poetæ sacros se, Musarumq; sacerdotes dicunt, ideo carmina sua vocant sacra, &, ut sacerdotes, se ferre sacra prædicant. Persius præfat. *Ad sacra vatium carmen affero nostrum*. Ouid. 3. Amor.

Amor. eleg. 8. At sacri vates, & diuinum cura vocamur. A De Silio Martial. lib. 7. Sacra cothurnati non attigit ante Maronis. Horat. Ode. 1. lib. 3.

----- carmina non prius Audita, Musarum sacerdos Virginibus puerisque canto.

Turneb. lib. 21. cap. 6. * Pluribus testimonijs stabilendum reor, quod Turnebus ait, poetas solere, se Musarum, ac Phœbi etiam, quod ille omisit, sacerdotes, & carminum studium sacra nominare. quas res sacras, diuinasque, & humano capto pane maiores cantent. Greci isquoides, sacros cantores nominant. Martial. lib. 10. Per veneranda mihi Musarum sacra, per omnes Iuro deos. Ouid. Trist. At mihi iam puero caelestia sacra placebat. Idem lib. 3. Trist. Eleg. 2.

Nec vos Pierides, nec stirps Latonia vestro Docta sacerdoti turba tulistis opem.

Propert. lib. 3. Eleg. 1.

Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos Italia per Graios orgia ferre choros.

Tibull. lib. 2. Phœbe faue, nouus ingredior tua templa sacerdos. Rursum Ouid. lib. 3. Amor. Eleg. 7. Ille ego Musarum purus, Phœbiq; sacerdos.

His Germani explicationem subdemus. scilicet se Musarum sacerdotem profitetur, & in Musarum sacris curandis potissimas partes sustinere, alludens ad sacra deorum solemnia, in quibus magistri, & reges ferula ipsa, cistas & κειμήλια gestabant: vt ex illo, Sacra Dionæ matri, diuisq; ferebam Auspiciibus captorum operum, constat: vt & præfuisse Cereris mysterijs matronas nobilissimas quasq; nemini ignotum est. PERCVLSVS AMORE) Ita quidem multi legunt: sed longè rectius percussus. Lucret. Percussit thyrso laudis spes magna meum cor. Græci quoq; ἀφαιμενον γυναικός dicunt eum, qui mulierem quampiam deperit. Muret in Catull. * Adde, Lysiteles in Trinum. loquens de Amoris artibus. Nam qui ab eo quod amat. Quam extemplo sauijs sagittatis percussus est. Nota epitheton ἐμφαικόν, suauis sagittata

Dicitur autem μυσσοπάταγος qui percitus est, & attonitus furore Musarum. Et transfertur ad eos, qui sua poemata sic amant, quemadmodum parentes suos liberos. Cic. ad Q. F. lib. 2. Non me hercule quisquam μυσσοπάταγος sua recentia poemata libentius legit, quam ego te audio. Chiliad. CÆLIQVE VIAS ET SIDERA MONSTRENT) Aristoteles, seu quis alius, philosophus certe, principiò libelli de mudo philosophiam laudans, cum, inquit, per rerum naturam negatum hoc esset homini, caelestem vt in locum se corpore conferret, vtq; velut è terra peregre proficiscens, locum illum oculis perlustraret: eo factum est, animus vt humanus huius viæ ducem nactus intellectum, peregrinabundus illuc importaretur. Ex quo euenit, viam cum inuenisset philosophia lassitudinis vacuam atq; laboris, res vt inter se situ longissimè seiunctas, vna intelligentia complecteretur, facile nimirum eas res noscitas, quibuscum sibi naturalis intercedit necessitudo. Eadem etiam cum diuino animæ oculo diuinarum rerum naturam comprehendisset, hominibus subinde eas interpretari cepit, quasiq; antistitis officio perfungi. Pollicetur & Propertius, se, vbi militiam illam miseram, & propudiosam, Veneris deserit, ac senuerit, huiusmodi studio daturum operam. Vt igitur lector vtrumq; poetam inter se conferre, & quam nitidè ac festiuè de rebus istis philosophicis ambo locuti sint (quamquam copiosius elegiacus) videre possit, describam locum è lib. 3. eleg. 4. Sanè, quod Virgilius natura accedere partes, pari venustate ille, natura perdiscere mores.

Tum mihi natura libeat perdiscere mores, Quis deus hanc mundi temperet arte domum, Qua venit exoriens, qua deficit, vnde coactis Cornibus in plenum menstrua luna redit.

Unde salo superent venit, quid flamine capter Euris, & in nubes vnde perennis aqua. Si ventura dies, mundi quæ subruat arces, Purpureus pluuia cur bibit arcus aquas. Aut cur Perrhebi tremuere cacamina Pindi, Solis & atratis luxerit orbis equis. Cur seruus versare boues, & plaustra Bootes, Pleiadum spisso cur coit igne chorus. Curue suos fines altum non exeat equor, Plenus & in partes quattuor annus eat.

Maronianos hosce versus videtur mihi adumbrasse Manilius lib. 1. Tuum facio iudicium, sunt autem hi.

Nec prius imposuit rebus sinemq; modumq; Quam celum ascendit ratio, capitq; profundis Naturam rerum caussis, viditq; quod vsquam est. Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore, Hyberna æstiuæ nix grandine mollior esset: Arderent terra, solidusq; tremisceret orbis: Cur imbres ruerent, ventos qua caussa moueret Peruidit, soluitq; animis miracula rerum, Eripuitq; Ioui fulmen, viresq; Tonantis, Et sonitum ventis concessit, nubibus ignem, &c.

Iacob. Pont. DEFECTVS SOLIS VARIOS) Transtulit, siue pro mutuo sumpsit hoc integrum carmen à Lucretio. Nam is lib. 5. sic habet.

Defectus solis varios, lunæq; labores, Pluribus è caussis fieri tibi posse putandum est.

C Solem deficere dicunt Latini, cum eclipsin patitur, siue eclipsatur, vt barbari loquuntur. Inde solis defectio. Appellatur item deliquium solis, non quemadmodum putauit Festus, quod delinquat in cursu suo: sed quia, vt rectè docet Scalig. delinquere veteribus erat deficere. Tubero, num delinquit, aut aliquid superest tibi? Cælius in Historijs: delinquere frumentum: Sardiniam hostes tenere. Defectionem solis venustè περιφράζει Tibull. lib. 2. eleg. 5.

Ipsam etiam solem defectum lumine vidit Jungere pallentes nubilus annus equos.

Et Catull. de coma Berenices. Flammeus vt rapidi solis nitor obscuretur. Haud inuenustè etiam Lucanus lib. 1.

Ipsè caput medio Titan cum ferret olympo, Condidit ardentis atra caligine currus, Inuoluitq; orbem tenebris, gentesq; coegit Desperare diem, qualem fugiente per ortus Sole Thyestæ noctem duxere Mycena.

Loquitur de portentis, quæ sub aduētum Cæsaris, postquam Pompeius iam fugit, Italiam terruerat. Iac. Pont.

Qui autem Defectus varios cum vno tantum modo sol nobis deficere videatur, quum prima luna è regione eius obstitit radijs, & eos fecerit nobis nõ videri? Vnde varios accipimus defectus, non quia variatione contingunt, nam ratio vna est, vt diximus, sed quia vel varijs temporibus fiunt, vel variè. Nam interdum duobus diebus, interdum quatuor, interdum pluribus deficit. Seruius. Vel varios propter colorem deliquiorum varium, nunc nigrum, siue liuidum: nunc candidum, nunc rutilum, nunc flauum, nunc varium. Falsum porro, quod Seruius ait, solem interdum duobus, interdum pluribus diebus deficere. Bersman. LVNÆ Q. LABORES) De officijs ac laboribus vtriusq; horum (nam & solis labores vocat lib. 1. Æneid.) afferam in medium, quæ inuenio apud Lactant. libr. de ira dei, cap. 13. in quo planissimè, ac doctissimè demonstratur, quod etiam Stoicis visum est, nostri caussa mundum esse generatum. Sol irrequietis cursibus, & spatijs inæqualibus orbis annuos conficit, & aut oriens diem promit ad laborem, aut occidens noctem superducit ad requiem: & tum

& tum abscellu longius ad meridiem, tum accessu propius ad septentrionem, hyemis, & æstatis vicissitudines facit: vt & hybernis humoribus, ac pruinis in vbertatem terræ pinguescant, & æstivis caloribus vel herbida fruges maturitate durentur, vel quæ sunt in humidis, incocta, & feruefacta mitescant. Luna quoq; nocturni temporis gubernatrix, & amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spatia moderatur, & cæcas tenebris horrentibus noctes fulgore suæ claritatis illustrat, vt æstiva itinera, & expeditiones, & opera sine labore ac molestia confici possint. Addamus de sole illud ex Plinij lib. 2. cap. 6. Sol cor cæli, oculus mundi, princeps & moderator luminum reliquorum, cuius recessu intermoriuntur, accessu viuunt & vegetantur omnia.

Laboranti lunæ, id est deficienti, pulsû tympanorum, cymbalorum, ac strepitu æris, & clamorum opem ferri putabant. Huius moris meminit & Tacitus lib. 1. Annal. vbi de seditione Pannonicarum legionum aduersus Tiberium Imp. disserit. Locum adscribo. Noctem minacem, & in scelus erupturam fors leniuit. Nam luna claro repente cælo visâ languescere. Id miles rationis ignarus, omen præsentium accepit, ac suis laboribus defectionem sideris assimilans, prospereq; celsura quæ pergerent, si fulgor, & claritudo deæ redderetur. Igitur æris sono, tubarum, cornuumq; cõcentu strepere: pro vt splendidior, obscuriorue, lætari, aut mœrere. Et postquam ortæ nubes offecere visui, creditumq; conditam tenebris (vt sunt mobiles ad superstitionem percussæ semel mentes) sibi æternum laborem portendi, sua facinora auersari deos lamentantur. Liuius lib. 26. Disposita in muris Campanorum imbelis multitudo cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ silenti nocte cieri solet. Quem morem cum adhuc Christiani quidam tenerent, reprehendit eos Maximus Taurinensis Homil. propria, De defectu lunæ. Inter alia enim, Cum requirerem, inquit, quid sibi clamor hic vellet, dixerunt mihi, quod laboranti lunæ vestra vociferatio subueniret, & defectum eius suis clamoribus adiuuaret. Hæc Lipsius comment. ad Tacitum.

Existimabant lunam magico carmine sollicitatam rubore suffundi, vel ob magarum impudentiam, & scelera: vel laborantem vi carminis. In defectu idem illi à veneficis euenire putabant. Qua in re tam superstitiosi Athenienses, vt eos, qui veram eclipsis causam afferebant, tanquam impios, viros exusserint, teste Plutarcho in Pericle, vbi hac de re fusè disserit. Alicubi legi, Indos hoc lunæ vitium copioso fletu prosequi solitos, quod arbitrarentur eam à sole ad sanguinis vsq; effusionem flagellatam. Delirius in Hippolytum Senecæ. Vnde Tremor Terris) *Lucret. 5. de terramotu.*

Deniq; sub pedibus tellus cum tota vacillat,
Concussæq; cadunt vrbes, dubiæq; minantur,
Terra supernè tremit, magnis concussa ruinis.

Et lib. 6. Inde tremor terras grauius pertentat.] Quenam esse causâ videatur, quamobrem terramotus fiant, non modo his carminibus hominum sensibus, opinionibusq; compertum non est: sed ne inter physicos quidem philosophos satis constitit, ventorum ne vi accidant, specus, hiatusq; terræ subeuntium: an aquarum subter in tetrarum cauis vndantium fluctibus pulsibusq; ita vt videntur existimasse antiquissimi Græcorum, qui Neptunum ἐννοσίγαιον, ἢ σεισίδονα appellauerunt: an cuius aliæ rei causâ, alteriusue dei vi, ac numine, nondum etiam (sicut diximus) pro certo creditum. Lege reliqua lib. 2. cap. 28. apud Gellium.

Causam terramotus pluribus capitibus quærit, & inuestigat Seneca Natural. lib. 6. variasq; veterum philosophorum sententias producit. In præfat. autem eiusdem libri, quam graue, ac

formidabile malum sit ista terræ concussio, his verbis ostendit. Quid enim cuiquam satis tutum videri potest, si mundus ipse concutitur, & partes eius solidissimæ labant? Si, quod vnum immobile est in illo, fixumq; vt cuncta in se intenta sustineat, fluctuat? Si, quod proprium habet terra, perdidit, stare, vbi tandem resident metus nostri? Quod corpora receptaculum inuenient? quo sollicita confugient, si ab imo metus nascitur, & funditus trahitur? Consternatio omnium est, vbi tecta crepuere, & ruina signum dedit: tunc præceps quisq; se proripit, & penates deserit, ac se publico credit. Quam latebram prospicimus, quod auxilium, si orbis ipse ruinas agitet? Si hoc, quod nos tuetur, ac sustinet, supra quod vrbes sitæ sunt, quod fundamentum quidam orbis esse dixerunt, discedit, ac titubat? Quid ibi esse non dico auxiliij, sed solatij potest, vbi timor fugam perdidit? Quid est, inquam, satis munitum? Quid ad tutelam alterius, ac sui firmum? Hostem muro repellam: præruptæ altitudinis castella, vel magnos exercitus difficultate

aditus morabuntur. A tempestate nos vindicant portus. Nimborum vim effusam, & sine fine cadentes aquas tecta propellunt: fugientes non sequitur incendium: aduersus tonitrua, & minas cæli subterraneæ domus, & defossi in altû specus remedia sunt. Ignis ille cælestis non transuerberat terram, sed exigno eius obiectu refunditur. In pestilentia sedes mutare licet. Nullum malum sine effugio est. Nunquam fulmina populos percusserunt. Pestilens cælum exhaustit vrbes, non abstulit. Hoc malum latissimè patet, ineuirabile, auidum, publicè noxium. Non enim domos solum, aut familias, aut vrbes singulas haurit, sed gentes totas, regionesq; subuertit: & modo ruinis operit, modo in voraginem condit: ac ne id quidem relinquit, ex quo appareat, quod non est, saltem fuisse: sed supra nobilissimas vrbes, sine vllò vestigio prioris habitus, solum extenditur. QVA VI MARIA ALTA TVMESC.) Æstus intelligit maris nunc accedentis, nunc reciprocantis, de quibus Plin. lib. 2. cap. 97. Aristot. 2. Meteor. De hoc poeta lib. II. Æneid.

*Qualis vbi alterno procurrrens gurgite pontus,
Nuncruit ad terras, scopulosq; superiacit vndam,
Spumeus, extremamq; sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atq; astu reuoluta resorbens
Saxa, fugit, litusq; vado labente relinquit.*

OBICIBVS RVP TIS) littorum repagulis perruptis, contempta littorû, aut claustrorum quasi lege. Æneid.

*Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis
Exiit, oppositasq; enicit gurgite moles.*

QVID TANTVM OCEANO) Hi versus iterantur in extremo primo Æneid. illic assumes, quæ ad declarandum faciunt. FRIGIDVS OBSTITERIT CIRCVM) Sed mihi credite, si ego tarditate, & hebetudine ingenij nunc prohiberet, vt ad hæc studia nõ possem accedere, nulla certe vita mihi esset optabilior, quam rustica. Tum enim valles, & riuiolos amem, tum in syluis, quamquam ignotus, cum iucunditate verfer. Frigidus sanguis, vt Seruio placet, secundum Physicos dixit, qui docent, stultos homines frigidioris esse sanguinis, prudentes verò calidi. Vnde & lenes, in quibus friget, & pueri, in quibus necdum calet, minus sapiunt. Plenius German. Videtur, inquit, respicere illum de animalibus locum, quo docet Aristotels, omnium prudentissimum esse hominem, quod tenuissimum, purissimum, & calidissimum habeat sanguinem eum, qui circa cor versatur, & residet, cum & causam sanguinem constituat eorum, quæ ad mores attinent, & ad sensum, vt materiam ipsum sanguinem omnium, cum alimentum sit quidem materia, sanguis autem postremum alimentum sit qui, & magnas efficiat diuersitates & momēta calidus vel frigidus, tenuis vel crassus, purus vel turbidus. CIRCVM PRÆCORDIA) Extâ homini ab inferiore viscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellantur, quia cordi prætenduntur, quod Græci appellauerunt phrenas. Plin. lib. II. cap. 37. SPERCHIVS Q.) Propter Thesaliam nominat Sperchium, vel ex eo Thesaliam nos vult intelligere, cuius arua feraci vberè glebæ fecunda erant, & agricolæ optanda. Nam & Flaccus Ode 7. lib. I. *Nec me Larissa percussit campus opima, ob pingues*
Ec 2 Thesalo-

427

Theſſalorum agros dixit: Lariffa ſiquidem vrbs Theſſalica. Turneb. lib. 21. cap. 10. VIRGINIBVS BACCH. LACÆNIS) Virginibus Lacænis bacchata Taygeta ideo canit, quod Bacchi orgia in montibus, & ſyluis celebrari ſolebant à furioſis, & mente captis Bacchis, quæ à Spartanis, quorum mons Taygetus erat, *δύσμεναι* appellabantur. Heſychius, *δύσμεναι*, inquit, *αἰ ἐν πᾶσι χερσίδες βάνχαι*. Turneb. ibid.

Verba Nonij ſunt, hunc locum producentis. Bacchariveteres non ſolum Bacchi numine furere dici voluerunt, verum etiam loca, in quibus ſit debacchatum, bacchata dixerunt. Nam & quidquid vehemētius commouetur, bacchari voluerunt. Santra Nuntijs Bacchis. *Ita obſoletum ſono furenter, ab omni parte bacchatur nemus.* * *Alio intellectu protulit hoc participium Æneid. 3. Bacchatamque iugis Naxon. Cuius iuga eſſent conſita vitibus, quarum dominus & præſes Bacchus.*

490 FÆLIX QUI POTUIT RERVM COGNOSCERE CAUſſAS:

Atq; metus omnes, & inexorable fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari.
Fortunatus & ille, deos qui nouit agreſtes,
Panaq; Syluanumq; ſenem, Nymphasq; ſorores.

495 Illum non populi faſces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres:

Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro:
Non res Romanæ, perituraq; regna. neq; ille
Aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti.

500 Quos rami fructus, quos ipſa volentia rura
Sponte tulere ſua, carpiſit: nec ferrea iura,
Infanumq; forum, aut populi tabularia vidit.
Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntq;
In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.

505 Hic petit excidiis urbem, miſerosq; penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.
Condit opes alius, deſoſſoq; incubat auro:
Hic ſtupet attonitus roſtris: hunc plaufus hiantem
Per cuneos (geminatur enim plebisq; patrumq;)

510 Corripuit: gaudent perſuſi ſanguine fratrum,
Exilioq; domos, & dulcia limina mutant,
Atq; alio patriam quærunť ſub ſole iacentem.

FÆLIX QUI POTUIT) Tametſi eodem ſpectet B hoc verſu, quo Lucretius, qui lib. 1. Epicurum per cognitionem cauſſarum in rebus naturalibus hominum animos timoribus ſempiternis liberaſſe, & religionum nodis expediuiſſe autumat, nihilominus ſententia eſt generalis, & planè grauis. Etenim ſi felix eſt, qui ſcit, hoc eſt, qui ſcientiam, ſiue ſapientiam vigiliis, laboribusque ſuis eſt conſecutus: ſcire autem eſt per cauſſas cognoſcere: neceſſariò felix numerandus erit, qui cauſſas rerum percepit. Nec Philoſophi ob aliud felices cenſendi ſunt: ſiquidem philoſophia, vt 2. Off. definit Cic. eſt rerum diuinarũ, & humanarũ, cauſſarumq;, quibus hæ res continentur, ſcientia. Idem lib. 1. hominis ait eſſe propriam inquisitionem veri. Verba ipſa adſcribemus. Inprimisq; hominis eſt propriaveri inquisitione, atq; inueſtigatio. Itaq; cum ſumus neceſſariis negotiis, curisq; vacui, tum auemus aliquid videre, audireq;, ac diſcere: cognitioneq; rerum aut occultarum, aut admirabilium, ad bene beatq; viuendum neceſſariam ducimus. Scitè etiam, & cõgruenter his Plutarchus, lib. 1. contra Coloten. At ipſam veritatem cognoſcere, tam eſt amabile, tam eſt deſiderabile, quàm ſpirare, quàm debere vitam ſcientiæ. Ex materia item phyſicæ, & ethicæ philoſophiæ ſubiecta, nempe cauſis naturalibus quas rimantur phyſici, & virtutibus ac vitiiis, quorum explicationem profitentur ethici, nos ad philoſophandum cohortatur Perſius

*Diſciteq; ò miſeri, & cauſſas cognoſcite rerum,
Quid ſumus, aut quidnam viſturi gignimur, ordo
Quis datus, aut meta quàm mollis flexus, & vnde:
Quis modus argento, quid ſus optare, &c.*

Iacob. Pont.

Ponderat hunc verſiculum *Felix qui potuit, &c. D.* Hieronymus epiſt. 7. quæ eſt de viro perfectò, & Virgiliũ non indoctè, neq; inſipienter reprehendit. Auſcultadum. Bona ſententia, ſi ad eã ſuo itinere veniſſet, vt appareat illum ignorafſe quod laudat: primis omiſſis, quæ ſunt ſecunda, celebrauit. Nam & ordine præpoſtero etiam ſapientis vertit officium, dum non rerum cauſſæ, ſed rerum creator inquirendus eſt, per quam ad cauſſas rerum, ſi ipſum didicerimus, intrabimus. Cæterum illo omiſſo, cauſſas rerum qualiter cognoſcas habere poterimus, cum prius quis hæc fecerit, deinde quare fecerit, ſit inquirendum? Verũm reperto auctore rerum, inueniemus & cauſſas. Quod iſte uſque aded non vidit, vt nimirum principalem locum hunc, quo cauſſas rerum potuiſſet cognoſcere, prædicaret: ſecundum verò quod ſubiungit, qui deos, tanquam minus opus exequens, adorafſet: vt qui uis agnoſcat, eos creatores rerum non fuiſſe, à quibus cognoſcitio rerum quaſi aliena diſiungitur: nec coli oportere, ſi hæc, quæ laudantur vt prima, præſtare non poſſunt. ET INEXORAB. FAT.) Homer. Odyſſ. 6. *Μοῖρ' ὅλοι τὴν ἢ τις ἀλεύεται ἔσθ' ἔμψυχον*. Fatum

Fatum interpretatur hoc loco astrologicum, siue phy-
 sicum, quod sapientes, & prudentes non metuunt, sicut
 dicitur, *Sapiens dominabitur astris*. Quod & Ptolemaeus
 indicat his verbis: *δυναται οδης ημων πολλας σπορες ε-
 νεργειας των αστρων*. SVBIECIT PEDIBVS) Lucret. lib. 1.
Quare religio pedibus subiecta vicissim Obteritur. Hoc
 ideo ait Virgilius, quod philosophiae cognitione tolli
 inferos, seu potius metum inferorum, quia nulli sint,
 existimaret. Lucret. lib. 3. *Et metus ille foras praeceps Ache-
 rontis agendus*. Sic censent Epicurei. Nam inferorum
 metus liquidam omnem voluptatem hominibus ad-
 mit, vitamque, vt existimabant, beatam labefactat, & e-
 uertit. Turneb. lib. 21. cap. 10. STREPITVM Q. ACHER.
 AVARI) Iam quemadmodum priorem partem versus
 huius, *Subiecit pedibus*, a Lucretio, vt supra vidisti, *religio*
pedibus subiecta, sic posteriorem hanc ab aliquo Graeco
 poeta traduxit, vt apparet. Plutarchus Graecum hunc citat,
 suppresso nomine, in *ερωτικη* videlicet. *βαρβωαν πορθη-
 μων περιουσιες αχρεοντες*. Acherontem autem auarum
 forsitan ea ratione dixit, qua Pluto Summanus Plauto
 dicitur, quasi manium summus, qui omnes auarissime in
 suum thesaurum rapit: vnde summanare pro auidè rape-
 re, & furari, Summani more, finxit Plautus. Nimirum &
πλάτων vocant *δζα τδ νεκρης πλατην*. Vnde & Cic. de nat.
 deor. Terrena vis omnis atq; natura Diti patri dedicata
 est: qui diues, vt apud Graecos *πλάτων*, quod recidant om-
 nia in terras, & oriantur è terris. Vnde & Tibull. eleg.
 3. lib. 3. *Diues in ignaua luridus orcus aqua*. Et saepe Graeci,
απρακτην αιδην. German. * *Vult hoc poeta, vt paucis di-
 cam, philosophia imbutum, mortem nequaquam perhorrescere.*
*Cum Virgiliana sententia consentiunt illa Cic. 2. Tuscul. Philoso-
 phia medetur animis, sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat,
 pellit timores. Sed profecto nostra, hoc est, Christiana philosophia
 multis partibus praestat vtrumque, melius & cumulatus.* FORTV-
 NATVS ET ILLE) *Ad commendationem vite rusticæ regredi-
 ens, longè eam vrbana, & aulica beatiorē affirmat.* Etsi beati
 est, & verè felicitis hominis, posse rerum omnium cau-
 sas cognoscere, ortus occasusque siderum obseruare,
 in omnes partes totius vniuersi aciem mentis intende-
 re, omnia pericula, omnesque metus despiciere, nihil
 extimescere, ac ne mortem quidem, aut ipsum infer-
 num exhorrescere: tamen non minus & ille fortuna-
 tus est, qui salubri & moderato cultu, & victu quieti de-
 ditus, agrestes deos, Pana, Sylvanum, & Nymphas suas
 ritè veneratur, quàm qui in turbis negotiorum, & me-
 dio armorum strepitu Marti, aut Quirino supplicat. IL-
 LVM NON POP. FASCES) *fasces μετωνυμικος* honor,
 nempe praetura, consulatus, magistratus denique, &
 imperium aliquod. Horat. epist. 16. lib. 1. *Vt si detuleris
 fasces indigno*. Vide adagium, fasces submittere. Pro ho-
 noribus Horat. eadem figura posuit secures Ode. 2. li. 3.

*Nec sumit, aut ponit secures
 Arbitrio popularis aure.*

Iacob. Pont. INFID. AGIT. DISCORD. FRATRES)
 Quàm indignum ac triste, quàm contra naturam sit fra-
 ternum dissidium atque odium, & res ipsa clamat, &
 Plutarchus libello de fraterno amore disertè ostendit.
 Ex eo vnicam duntaxat sententiam recitabimus. Vm-
 brae enim sunt reuera multae amicitiae, & imitamina, si-
 mulacraque; primae illius, quam pueris natura erga paren-
 tes, & fratribus erga fratres indidit. Et qui illam non col-
 lit atq; honorat, nunquid ille fidem benevolentiae alie-
 nis praestiturus est? Aut quid hominis est, qui alienum in
 benigna compellatione fratrem appellat, fratri autem
 putat non concedendum, vt ne eandem quidem eat
 viam? Vt enim fratris imaginem exornare, corpus au-
 tem verberare, mutilareque infani est: ita fratris nomen
 colere, ac honorare in aliis, fratrem autem ipsum odisse,

ac fugere, non est eius, qui compos sit mentis, nec qui
 vnquam in animo suo naturam, vt sanctissimum, maxi-
 mumque; sacrum expenderit. CONIVR. DESC. DACVS
 AB ISTRO) Aufidius Modestus legisse se affirmabat
 hunc morem esse Dacorum, vt, cum ad bella proficisce-
 retur, non prius pugnarent, quàm de Istro certum mo-
 dum haurientes ore, in modum sacri vini, iurarent, non
 se ad patriae sedem regressuros, nisi hostibus caesis. Et id-
 circò Virgilium familiari sibi hypallage vsum dixisse, I-
 strum coniuratum, apud quem Daci coniurare consue-
 uerunt. Philargyr. AVT RES ROM. PERITVRA Q. REGNA.)
 Haec est mens Virgilij. Non studet amplificando regno.
 Non illum turbat cura imperij, aut reipubl. administra-
 tio, vel Principum factiones, non regna, haud perpetuò
 duratura: sunt enim regnorum mutationes. AVT DOL-
 MISERANS IN OPEM) Non est obnoxius perturbatio-
 nibus animi, quae *παδη* Graecis. Cic. pro Sex. Roscio. Cu-
 piditates quae possunt esse in eo, qui ruri semper habità-
 rit, & in agro colendo vixerit: Quae vita maximè disiun-
 cta à cupiditate, & cum officio coniuncta est. Hic *σαλζε*
 Virgilius. Tollunt enim affectus ex homine Stoici, &
 morbos vocant, ac pro vitiis habent. Contra quos dis-
 putat Lactant. lib. 6. Speciatim misericordiam reicit à
 sapiente; Seneca lib. de Clement. cap. 5. quam definit, vi-
 tium pusilli animi, ad speciem alienorum malorū succi-
 dentis. Vel, est aegritudo, aut tristitia ex alienis malis con-
 cepta, quae accidere immerentibus credit. Sed praclarè
 Lactan. ca. 14. Si ergo in homine praclarum, & excellens
 bonum est misericordia: idque; diuinis testimoniis, & bo-
 norum malorumque; consensu optimum iudicatur, appa-
 ret philosophos longè abfuisse ab humano bono: qui
 neque; praeeperunt eiusmodi quidquam, neque; fecerunt: sed
 hanc virtutem, quae propemodum in homine est singu-
 laris, pro vitio semper habuerunt. IPSA VOLENTIA RV-
 RA) Nullum quaestum norunt agricolae, nullumque; fru-
 ctum nisi eum, quem labore pepererunt. Itaque; ab omni
 iudiciorum seueritate, negotiorumque; forensium tumultu
 liberi, & à populi tabulario remoti, hortorum atque; a-
 grorum fructus percipiunt, iisque; cum summa voluptate,
 & delectatione perfruuntur. Huiusmodi porrò fructus,
 quos rura sponte sua proferunt, Graecis *αυτοφεις καρπο*
 dicuntur. Ouid. dixit, *Contentiq; cibus nullo cogente crea-
 tis*. Videtur Lucretianos illos ante oculos habuisse Virg.

*Quod sol atq; imbres dederunt, quod terra creatat.
 Sponte sua, satis id placarat pectora donum.*

FERREA IVRA) ita vocat leges duras, quibus obligati
 sunt, quot in vrbibus, & in ciuili societate degunt.
 BERSMAN. POPVLI TABVLARIA) In tabulario instru-
 menta, litterae, tabulaeque publicae continebantur. Cic.
 pro Archia. Hic tu tabulas desideras Heraclensium pu-
 blicas, quas Italico bello, incenso tabulario interijisse
 scimus omnes. Tablinum autem priuatarum aedium e-
 rat, vt ex Cic. cognoscitur. German. Sed Budaeum audia-
 mus Annotat. poster. in Pand. Grammatophylacium,
 vbi tabulae, & instrumenta publica, monumentaque; re-
 rum gestarum, actarumque; asseruatur, quod tablinum la-
 tine appellatur. Plin. li. 35. Tablina codicibus impleban-
 tur, & monumentis rerum in magistratu gestarum: sed
 de priuato tabulario, vel tablino intellexit. Archium
 etiam significat chartophylacium, quoniam *αρχεια*, id est
 aedes magistratuum vicina sunt chartophylaciis. Eadem
 autè chartophylacia cum grammatophylaciis, vel char-
 tophylacia potius eorum membra, in quibus hodie actua-
 rij, & scribae, exceptoresque; acta publica condunt. SOLLI-
 CITANT ALII REM. FRETA CAECA) Enumeratio va-
 riorum studiorum, quibus alij ducuntur. Hi tentant a-
 leam marinam, vt rem faciant. Horat. Sat. 1. lib. 1.

*Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.*

Idem Ode 7. Epod. *Nec horret iratum mare*, de agricola. Ut Virgil. *sollicitant remis freta*, sic Claudian. *Et rudibus remis sollicitavit aquas*. Tibull. de aratione, *Et teneram ferro sollicitavit humum*. CÆC) Virgil. *cacis erramus in undis*. Propter tempestatem nigrescentia. *ponto nox incubat atra*. Æneid. Alij sectantur militiam. Alij sequuntur aulas Principum, & in familiaritatem se regum insinuant, hoc enim mox sequitur. PENET. AVL. ET LIM. REG.) Horat. Ode 2. Epod.

*Forumq; vitat, & superba civium
Potentiorum limina.*

HIC PETIT EXCID. VRBEM) Quidam etiam mortis presentissimo periculo proposito, vrbes diripiunt: vt opimis ditati spoliis, ex aureis scyphis sitim restinguant, & in lectis conchylio tinctis somnum capiant. VT GEMMA BIBAT) Non solum ex argenteis, aureisq; poculis, sed etiam ex aureis, quæ pretiosis essent gemmis distincta, immo & gemmea, bibebant. Seneca lib. Quare bonis viris mala accidant, cum sit prouidentia (sic enim, nõ de Prouidentia inscribendus est) cap. 3. Quanto magis huic inuidendum est, quàm illis, quibus gemma ministratur, quibus exoleris omnia pati doctus, suspensam auro niuem diluit? Plin. lib. 33. proæmio. Nec hoc satis est, inquit, turba gemmarum potamus, & sinaragdis teximus calices, ac temulentia causa tentare Indiam iuat, & aurum iam accessio est. * Vide plura de poculis antiquorum apud Vrsinum de Triclinio. Propert. lib. 3. eleg. 4.

Nec tamen inuiso pectus mihi carpitur auro,
Nec bibit è gemma diuite nõstra fitis.

Verum enim uero, rigidus magister virtutis Seneca, contemptu delicarum huiusmodi nondum contentus est, aliquid ultra desiderat. Sic namq; legitur epist. 110. Non est quod te nimis laudes, si contempseris aureos lectos, & gemmeam suppellectilem. Quæ est enim virtus, superuacua contemnere? Tunc te admirare, cum contempseris necessaria: & ibi plura eodem pertinentia. ET SARRANO DORMIAT OSTRO) Sarra olim vocata fuit Tyros, ubi optima purpura tingebatur. Inde Sarranus color, pro purpureo. Columella lib. 9. cap. 4. Sarrana viola, inquit, id est, purpurea. Omne ostrum purpura est, sed non omnis purpura ostrum: quia ostrum, vt Gellius tradit lib. 2. cap. 26. exuberantiam, splendoremq; ruboris habet, hoc est, illustratur splendore, quo reliqua purpura caret. Hunc splendorem cocco incendi tradunt, &c. Consule Delrium in Chorum primum Medea apud Senecam, qui de purpura multa vtiliter colligit ex bonis auctoribus. * Quia Sarra olim dicta est Tyros, à pisce Sar, & pro purpura dici solet, erit hic Sarranum ostrum Tyria purpura: & rursum per figuram poetis sollempnem Tyria purpura pro purpura. Hoc assuo, ne quid ambiguitatis relinquatur. CONDIT OPES ALIJS) De pecunia corraforibus dictum, qui thesauros condunt, illisque indormiunt. Contra eosdem Horatius Satyr. 1. lib. 1.

*Quid iuuat immensum te argenti pondus, & auri
Furtim defossa timidum, deponere terra?*

HIC STVP. ATTON. ROST.) Horat. sat. 4. lib. 1. *stuper Albius are*, id est, Lamb. interprete, miro signorum, & valorum areoram amore, studioq; ducitur, eaq; supra modum amat, & admiratur. Rursum sat. 6. *Hic stuper in*

A titulis. Significat oratores: qui acclamationibus populi faustis mirè latantur, & se deos putant. H VNC PLAVS. HIANTEM) Horat. Ode 17. lib. 2. *cum populus frequens Latum theatris ter crepuit sonum*. Et Ode 20. lib. 1. *datus in theatro Cum tibi plausus*. Et sat. 1. lib. 1. ait avarus, *populus me sibilat, at mihi plaudo Ipse domi, simul ac nummos contemplet in arca*. Propert. eleg. 8. lib. 3. *Et manibus faustos ter crepuere sonos*. Sibilis excipiebantur à populo ludos spectante, homines potentes, factiosi, inuidiosi: gratiosi contra, clari, bene de repub. meriti plausu, & secundis clamoribus. M. Tullius ad Att. lib. 2. Populi sensus maximè in theatro, & spectaculis perspectus est. Nam gladiatoribus quæ dominus, quæ aduocati sibilis conscissi. Idem in Sextiana. Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi civium maximè applaudatur? Neminem vestrum fallit. Sit hoc sanè leue, quod non ita est, quoniam optimo cuique impertitur: sed si est leue homini graui leue est: ei verò, qui pendet à rebus leuissimis, qui rumore, & (vt ipsi loquuntur) fauore populi tenetur, & ducitur, plausum, immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est. In eadem. In hunc confessum P. Sextius trib. pleb. cum ageret nihil aliud in eo magistratu, nisi meam causam, venit, ac se populo dedit, non plausus cupiditate, sed vt ipsi inimici nostri voluntatem vniuersi populi viderent. Venit (vt scitis) ad columnam Mæniam. Tantus est ex omnibus spectaculis, vsq; à Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, vt nunquam maior consensus, aut apertior pop. Rom. vniuersi fuisse vlla in causa videretur. Philip. 1. Recordare quælo, Dolabella, consensum illum theatri, &c. Et in extrema, de plausu, quo absentem D. Brutum populus est honoris causa profecutus. Nec solum plaudebatur claris viris in theatro, sed assurgebatur etiam, & acclamabatur. Vide Lipsium Elect. lib. 2. cap. 10. * Hiantem exponit Nonius, mirantem, stupentem. Sic 6. Æneid. incertus clamor frustratur hiantes. Varro Marci pore. Vide hiantes, non audio. His admodum consona in Hercul. Eur. Seneca

*Illum populi fauor attonitum,
Fluctuq; magis mobile vulgus
Aura tumidum tollit inani.*

GAVDENT PERF. SANG. FR.) Non pauci ex nimia dominandi cupiditate ad arma ciuilia concurrunt, & mutuis cædibus sese conficiunt. Nam quidquid est eiusmodi, in quo non possunt plures excellere, in eo plerumque fit tanta contentio, vt difficillimum sit sanctam seruare societatem, etiam fraternam. Itaque ex hoc malo alia sequuntur, bella, rapina, cædes, exilium. Nam ubi altera pars alteri cedere cogitur, ibi victi domo, & patria eiiciuntur, & alibi domicilium ac sedem quæritant. Lucret. lib. 3.

*Sanguine ciuili rem constant, diuitiasq;
Conduplicant auidi, eadem eade accumulantes.
Crudeles gaudent in tristi funere fratres.*

ALIO PAT. Q. SVB SOLE) Alio sole dixit, quia ortus & occasus, dierumq; & noctium, aliarumq; id genus rerum diuersa est in diuersis locis ratio. Horatius Ode 16. lib. 2. *Quid terras alio calètes Sole mutamus?* Idem cælum mutare dixit. Et Albinouan. apud Senecam.

*An ne alio mundi positas sub cardine gentes,
Atq; alium libris intactum querimus orbem?*

Agricola incuruo terram dimouit aratro:

Hinc anni labor: hinc patriam, paruosq; nepotes

515 Sustinet, hinc armenta bouum, meritosq; iuuenos.

Nec requies quin aut pomis exuberet annus,

Aut foetu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,

Prouen-

- Prouentuq; oneret fulcos, atq; horrea vincat.
 Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis:
 520 Glande sves læti redeunt, dant arbuta fyluæ.
 Et varios ponit fœtus autumnus: & altè
 Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
 Interea pendent dulces circum oscula nati:
 Casta pudicitiam seruat domus: vbera vaccæ
 525 Lactea demittunt: pinguesq; in gramine læto
 Inter se aduersis luctantur cornibus hædi.
 Ipse dies agitat festos: fufusq; per herbam,
 Ignis vbi in medio, & focij cratera coronant,
 Te libans Lenæe vocat: pecorisq; magistris
 530 Velocis iaculi certamina ponit in vlmo:
 Corporaq; agresti nudat prædura palæstra.
 Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:
 Hanc Remus, & frater: sic fortis Hetruria creuit:
 Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,
 535 Septem quæ vna sibi muro circumdedit arces.
 Antè etiam sceptrum Dictæi regis, & antè
 Impia quàm cæsis gens est epulata iuuenis:
 Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
 Necdum etiam audierant inflari classica, necdum
 540 Impositos duris crepitare incudibus enses.
 SED NOS IMMENSVM SPATIIS CONFECIMVS ÆQVOR:
 Etiam tempus equum fumantia soluere colla.

Antithesis commodorum vitæ rusticæ. Rusticus ara-
 tioni addictus, horum omnium securus, ex arui cultura
 annua percipit alimenta, & familiam nutrit, & armentis
 atq; pecoribus pabulum suppeditat. Nec à labore prius
 cessat, quàm fructibus annus abundet: quàm porco, hæ-
 do, agno, frugibus, oleo, & autumnus demum variis fru-
 ctibus, & vuarum copia sibi satisfactum sit. Quid autem
 iucundius rustico, quàm domi suæ liberos suos semper
 habere obuios, & in cōspectu, & in complexu? quid dul-
 cius, quàm pudica se cum vxore delectare? quæ domum
 regat atq; custodiat? Quid suauius, quàm spectare distēta
 lacte vaccarum vbera? videre hædorū inter se certami-
 na? Ipsi etiam agricolæ suos dies festos habent, quibus
 per herbas fusi, circa ignem sua conuiuia agitant, suisq; B
 seruis, & pastoribus aut sagittarum certamina proponūt,
 aut palæstram indicunt. Eam ob rē veteres Sabini in vita
 rustica omnem aratem contriuerunt. Hanc coluerunt
 Romulus, & Remus: nec alia ratione, quàm hac gens E-
 trusca ad tantam gloriam aspirauit. Eadem Roma mundi
 caput facta est, quando palcebat suas ipse senator oues.
 Quid, quod ipse Saturnus, priusquam Iupiter patre eie-
 cto regnum occuparet, & priusquàm carnibus pecudum
 vesci cæptum esset, etiam aureo illo sæculo vitam egisse
 rusticam ab omnibus creditur? Nam tum nullæ inter
 mortales rixæ, nulla bella, nec arma bellica. Sed finis
 tandem esto, spatium satis magnum confecimus: ad alia
 transeamus. MERITOSQVE IUVENCOS) Bene me-
 ritos vult dicere, propter arationem. Laboriosum ani-
 mal bos, & hominum vitæ utilissimum. Animal sine
 fraude doloque innocuum, simplex, natum tolerare la-
 bores. Ouid. Metam. 15. HORREA VINCAT) Georg. I.
 Illius immensa ruperunt horrea messes. SICYON. BACCA)

A oliua, à Sicyone Laconia vrbe. TRAPETIS) trapetum,
 seu trapes est mola olearia, seu torcular olei, seu trabs
 qua oleum exprimitur. GLANDE SVES LÆTI RED.)
 Suprà glandemq; sves fregere sub vlmis. Vide ibid. de corū
 paltu Varronis relata sententiam. PEND. DVLCES
 CIRC. OSCVLA.) Feruntur Nomades aded immani &
 aspera natura fuisse, vt ne filios quidem suos oscularen-
 tur. De osculis filiorum paruulorū Seneca ep. 78. Aliter
 homines amicā, aliter liberos osculantur. Tamen in hoc
 quoq; amplexu tam sancto satis apparet affectus. Idē de
 Benef. lib. 7. c. 13. amantium plura oscula & complexus a-
 criores, non augent amorem, sed exercent. Quàm sit
 autem æquum, infantes etiam recens natos osculari,
 pulchrè docet D. Cyprianus epist. ad Fidum, lib. 3. Nam
 & quod vestigium infantis in primis partus sui diebus
 constituti, mundum non esse dixisti, quod vnusquisque
 nostrum adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad
 caelestem gloriam (per Baptismum) dandam impedi-
 mento esse oportere. Scriptum est enim, omnia munda
 mundis. Ne caliquis nostrum id debet horrere, quod
 Deus dignatus est facere. Nam etsi infans à partu adhuc
 nouus est, non ita est tamen, vt quisquā illū in gratia dāda
 atq; in pace facienda horrere debeat exosculari, quando
 in osculo infantis vnusquisq; nostrū pro sua religione ip-
 sas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in
 homine modò formato, & recens nato quodāmodo ex-
 osculamur, quando id quod Deus fecit amplectimur.
 Versus Lucret. de lib. 3. Maroniano huic valde cognatos
 subscribamus.

At iam non non domus accipiet te leta, neq; vxor
 Optima, nec dulces occurrent oscula nati
 Præripere, & tacita pectus dulcedine tangent.

CASTA

CASTA PVDICITIAM) Castitas, & pudicitia paria deputantur: cum sit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera. Castitas & ab his continens, & remota: praeterea & religiosa munditia, & puritas. Nonius. subiicit mox hunc ipsum locum, & illum è li. 6. *Quiq; sacerdotes casti dum vita maneret.* Et è 7. *Præterea castis adolet dum altaria tadis.* Plus vult esse castitatem, quam pudicitiam, ut hæc sit abstinentia ab impermissa Venere, quæ etiam in coniuges cadit: hæc, à quacunq; Venere. sed confunduntur. Impudici Latinis, qui muliebria paterentur, crimē ipsum impudicitia. Vide Torrent. in August. Sueto. cap. 34. De pudicitia igitur, ut est virtus ignara omnis Veneris concessæ, inconcessæ, en quàm præclare virginitatis & castimonie admirator summus Septimius Tertullianus lib. de Pudicitia. *Pudicitia verò flos morum, honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, præiudicium omnibus bonæ mentis: quanquam rara, nec facile perfecta, vixq; perpetua, tamē aliquatenus in secula morabitur, si natura præstruxerit, si disciplina persuaferit, si cœsura cōpresserit. Siquidem omne animi bonum aut nascitur, aut eruditur, aut cogitur. Sed ut mala magis vincunt, quod ultimorū temporum ratio est, bona iam nec nasci licet, ita corrupta sunt femina: nec erudiri, ita deserta sunt studia: nec cogi, ita exarmata sunt iura.* **VERA LACTEA DEMITTUNT**) lacte turgentia, distenta lacte. Multa huiusmodi poetæ, ut florea rura, frondea sylua, &c. **ADVERSIS LVCT. C. HOEDI**) Aratus.

Ἄλλοι δ' ἐξ ἀγέλης κείοι, ἄλλοι δ' ἐκ ἀμνοῖ
Εἰνόδοι παύσασιν ἐρείδόμενοι κερῆσσιν.

De hac lucta hædorum, propter Venerem scilicet, in qua ipsi suam rivalitatem habent. Horat. Ode 13. lib. 3. ad fontem Blandusie.

*Cras donaberis hædo,
Cui frons turgida cornibus
Primis & Venerem, & prælia destinat.*

Tamen quia natura petulci sunt, & lasciuvi, vel ob id sese cornibus petunt. Iacob. Pont. **IGNIS VBI IN MED.**) Tibul. in Ambarual. descriptione.

*Tunc nitidus plenis confusus rusticus agris,
Ingeret ardenti grandia ligna foco.*

Ita hic Maro ad ignem in medio accensum, introducit epulantem rusticum. **CRATERA CORON.**) Vide 1. Æneid. ad finem. **PECORIS Q. MAGISTRIS**) Ita pastores vocat sæpenumerò. Exempla notauimus ad Eclog. 2. *Pan curat oues, oniumq; magistras.* De palestra diximus lib. Æneid. *Exercent patrias oleo labente palestras.* **HANC VIT. C. SABINI**) Amplificatio ab exemplis maiorum, quibus dignitas rusticationis commendatur. Cic. in Catione. Possim nominare ex agro Sabino rusticos Roma-

anos, familiares meos, &c. Vide Columell. & Plin. lib. 18. cap. 3. **SCIL. ET RERVM PVLCHROMA**) Lege quæ ex Athenæo afferuntur lib. 7. Æneid. super illo, *nunc maxima rerum Roma colit.* Et 1. Eclog. ibi, *Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes.* Propert. *Septem vrbs alta iugis, toti quæ præsidet orbi.* **ANTE SCEP. DICTÆI REGIS**) Iouis Cretenfis, à Dicte monte Crete, in quo ille ab apibus educatus. Notatur sæculum aureum primorum hominum. **IMPIA QVAM CÆSIS**) Cic. de nat. deor.

*Ferreatum verò proles exorta repente est,
Ansaq; funestum prima est fabricarier ense.
Et gustare manu victum, domitumq; iuuentum.*

Græci versus hi sunt.

Χαλκείη γενεὴ περὶ τέρων ὀλοώτεροι ἄνδρες,
Οἱ πρῶτοι κακέρχρον ἐχαλκείσαντο μαχάερον
Εἰνόδιον, πρῶτοι δ' ἑσῶν ἐπάσαντ' ἀετῆρον.

Tanta putabatur utilitas percipi ex bobus, ut illo aureo sæculo illorum visceribus vesci scelus haberetur. Pythagoras apud Ouid. 15. Metam.

*Immemorem demum, nec frugum munere dignum,
Qui potuit curvi dempto modo pondere aratri
Ruricolam mactare suum: qui trita labore
Illa, quibus toties durum renouauēr at aruum,
Tot dederat messes, percussit colla securi.*

Vide Plutarchum περὶ σαρκοφαγίας. Sueton. de Domitiano cap. 9. Inter initia vsq; adeo ab omni cæde abhorrebat, ut absente adhuc patre recordatus Virgilij versus, *Impia quàm cæsis, &c. edicere destinauerit, ne boues immolarentur.* **AVREVS SATVRNVS**) aurea Saturni ætas, sæculum aureum. Hesiod.

Χρῖστον μὲν πρῶτισι γένε' μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθάνατοι ποίησαν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Οἱ μὲν δὲ κέρως ἦσαν, ὅτ' ἕβρον ἔμελλε βασιλεῦ.

INFLARI CLAS. Inducitur sæculum ferreum, quo bella caperunt, inuentis etiam ensibus. Tibull. lib. 1. eleg. 1. *Martia cui somnos classica pulsa fugent.* **SED NOS IMMEN. SPAC.**) Ennius. *Sicut fortis equus, spacio qui saepe supremo Vicit Olympia.* Allegoricè hoc dicit, debemus fatigato ingenio parcere, & finem facere carminis. Sanè non est comparatio, sed translatio: sicut & in fine primi libri legimus. Ita Seruius. Homer. Odyss. 1. οἱ δ' ἵππους μὲν ἔλυσαν ὑπὸ ζύγῳ ἰδρωόνας, cui Virgilij versus respòdet. Tale illud Callimachi ex hymno in Palladem.

Ἄλλὰ πολὺ πρῶτισιν ἵπ' ἄρματ' ἀνχένας ἵππων
Λύσσαμένα παγαῖς ἔκλυσεν ὠκεανῶ.

Simili clausula, sed aliunde translata, Palæmonem concludit. *Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.*

FVMANTIA COLLA) defatigata, ex sequenti antecedens.

LIBRI SECVNDI GEORGICORVM FINIS.

